cleſiaſticum quod eſt intelligenduȝ vbi ad adeſt materia peccati:vel
quando deficit iudex ſecularis vel deeſt caput prouincie.vt.j.dicam
⁊ ſic patet quod vbi appellatur ad eccleſiam attenditur qualitas tri
bunalis iudicis ad quem:⁊ non iudicis a quo vt poſſit appellari añ
17 ſententiam:⁊ poſt ad hoc.j.de foro competen.licet.¶ †Nota quod
acta geſta:coram vno iudice faciunt fidem coram alio ad quem ha-
betur recurſus vel ad quem appellatur.de quo de teſti.cauſam.el.j.
18 ¶ †Nota quod poteſtas pape nõ eſt ab homine ſed immediate eſt
a deo poteſtas autem imperatoris a papa:⁊ habuit eam mediante
populo.xvij.diſtinctio.§.huic etiam:⁊ vide de origine papatus.xxi.
diſtinctio.in princip.⁊ in.d.§.huic etiam:⁊ vide quod ibi no. inquã
19 tum dicitur quod habuit a concilijs. ¶ Nota quod poteſtas pape
hic videtur in materia peccati reſtringi ad chriſtianos negat igitur
ſe chriſtianum qui negat hanc poteſtatem.de maio.⁊ obedien.ſoli-
20 te.ad finem.¶ †Nota quod preciſa correctio peccati permittitur
eccleſie:quando peccatum eſt publicum forus ergo eccleſie etiam in
materia peccati eſt preciſus quando peccatum eſt publicum:⁊ iacet
21 quis in peccato.†poterit ergo ſecundum Joan.de peccato etiaȝ iu
dex ſecularis imponere penam temporalem a legibus ſtatutam xx-
22 iij.q.v.ſunt quidam. ¶ †Nota quod in miniſtrando iuſtitiam ⁊ in
modo procedendi ad finem corrigendi peccatum non eſt habenda
acceptio perſonarum immo ſic iudicabitur magnus vt paruus.
23 ¶ †Nota finem correctionis peccati vt quis a vitio retrahatur ad
24 virtutem.¶ †Nota quid eſt pax quia vinculum eſt caritatis.†Ca-
25 ritas autem eſt dilectio dei ⁊ proximi ſui ſecundum Pet.⁊ cum cari
26 tas ſit ſpecialis virtus qua ſaluamur:⁊ fides.Ideo circa pacem ⁊ iu
ramentum ſpecialis cognoſcit eccleſia.ad hoc de electio. venerabi-
lem.de treu.⁊ pa.c.ſecundo.⁊ eſt pax etiam hoſti ſeruanda.xxiij.q.j.
27 Joan.⁊.c.ſe.¶ †Nota diſſimulationem peccatorum inferiorum eẽ
mortalem in prelato.lxxxj.diſtin.error.de treu.⁊ pa.c.j.de priuileg.
28 quanto.de ſenten.excõmu.quanto.hoſt.¶ †Nota differentiaȝ eſſe
inter pacẽ ⁊ treugas.ad hoc de treu.⁊ pa.in rubrica.⁊ capitulo prio.
29 ¶ †Nota plura remedia adhibenda contra contumacem reducen-
dum.de dolo veritatis ad cordandos diſcordes ad curandum egro
30 tos.xxviij.diſtin.c.fina.de peni.⁊ re.omnis.¶ †Nota quod vbi de
pace dubitatur fracta eccleſia poteſt compellere laycos ad treugas:
31 ⁊ vbi pacem fecerunt ad illam reformandaȝ.¶ †Nota in hac denun
tiatione proceditur de plano ſine ſtrepitu ⁊ figura iudicij. Et nota
quod in proceſſu admittuntur nihilominus legitime exceptiones:
⁊ procedetur de plano:quia nõ dabuntur ita prolixe dilationes:nec
recipientur:vbi aliter darentur ſi alio modo ageretur. Hec enim q̃ſi
omnia ex arbitrio iudicis pendent conſideratis perſonis cauſis lo-
cis:⁊ temporalibus.de tranſactioni.c.fina.ſecundum Hoſtien.vide
cle.ſi.de verborum ſignifica.⁊ in extraua.ad reprimendam per Bar-
to.⁊ vide in.l.j.§.fina.ff.de preto.ſtipu.⁊ hec ſufficiant pro notabili-
bus.¶ Uenio ad dicta doctorum ⁊ expediam.Primo quedam lite
ralia.Secundo veniam ad materiam denuntiationis. Tertio ad
32 glo.¶ †Oppo.quod non habeatur vt ethnicus licet enim loqui cũ
gentilibus ſed non cum excommunicatis.xi.queſtione.iij.cum excõ
municato dic quod non ſunt omnino ſimiles:quia vterq; a ſacramẽ
33 tis eccleſie ſeparatur ſecundum Pet.¶ †Oppo.quod papa potue
rit inducere legem melius facientem que dicit quod ſi iudex maior
prouincie aliquem ledat epiſcopus eſt ordinarius.facit in auten.vt
34 diffe.iudic.§.ſi tamen contigerit.col.ix.¶ †Quero primo quid ſit
dicere ethnicus:dic quod ethna eſt mons in arabia ſecundum alios
in ſicilia de quo ex riuulus ſulphuris ⁊ continuo viget ignis ſic iſti
erant in igne continuo.vel ſecundum hug.ab ethnos quod eſt gen-
tilis.tales ergo merito ſunt vitandi ſecundum Hoſt.⁊ publicanus.
id eſt publice peccans ad ſecundam expoſitionem.j.q.j.nonne.xlv.
35 diſti.ſed illud. ¶ †Quero ſecundo quam excuſationem poterit al-
legare Rex francie:dic quod legitima monitio non preceſſerit: vel
denuntiator ſit criminoſus.iij.queſtione.vij.iudicet vel aliam quã-
cunq; iuſtam cauſam:⁊ ex hoc colligitur quod.j.§.fina.non mandat
cognoſci de cauſa principali:ſed an denuntiatio ſit admittenda ſm
36 Innocen.vel dic vt.j.dicam ſecundum eundem Hoſtien. ¶ †Que
ro.iij.quid eſt hoc ſpeciale priuilegium quod habere poterant in co
gnoſcẽdo de cauſa feudali:vt alius cognoſceret a domino feudi: dic
quod forte rex anglie habebat priuilegium a rege francie quod non
iudicaretur per ipſum tanquam per eius dñm:ſed per cões eorum
iudices vel per alias certas perſonas ab eis electas cõmuniter.Idẽ
ſi ſuper hoc haberet ſpecialem conſuetudinem ſecunduȝ Innocen.
Hoſtien.autem intelligit quod priuilegium dabat hanc poteſtateȝ
pape:⁊ loquitur de ſpeciali priuilegio conceſſo a beato Petro. q̃d
etiam dicitur generale.de tranſlatio.prelato.c.j. ſpeciale autem eſt
attenta perſona pape cui ⁊ non alteri competit.de offic.deleg.quod
tranſlationem

tranſlationem : generale reſpectu omniū chriſtianorū:ſuper quos
dat poteſtatem.vt.j.probatur quod non ſolum patet propter dictū
priuilegium ſed etiam propter conſuetudinem.ad hoc.j.titu.j.cleri
cus ⁊ probatur hec lectu.ſecundum eundem.de tranſla.prela. quan
to.§ .j.dictum Inno. procedit ſi loquimur de priuilegio quo alteri
quam proprie:vel pape datur poteſtas cognoſcēdi principaliter de
feudo:vel alteri quā domino feudi quia illud eſt ſpeciale:nec eſt da
tum a petro.dictum hoſtien.procedit loquendo de priuilegio quo
ſpecialiter papa cognoſcit de peccato:⁊ iuramēto hoc bene habuit
37 a petro.¶ †Quero quarto quis eſt hic proceſſus quem agitare de-
bet legatus:dic ſupponere terram interdicto.de ap.nouit.de offic.
deleg.nouit ⁊ mandat iſtis prelatis vt illam ſententiam obſeruent:
nam propter hoc:⁊ vt prelati ſciant executionem ⁊ intentionem pa
pe:prelatis dirigitur hec decre.ſecundum Hoſt.⁊ ſic reducit autori-
tes ad concordiam.ſ.iſtam ſi peccauerit:⁊ illam apoſtoli peccantem
coram omnibus argue:⁊ prima procedat in occulto.ſecunda in pu-
38 blico.vnde ſcribitur diſtribuite ⁊c. ¶ †Ultimo venio ad materiam
denuntiationum quam Archidia.expedit ⁊ glo.ij.queſtiōe.j.ſi pec-
cauerit.Inno.⁊ Hoſti.in.c.romana.de cenſi.§.ſane Guar.in decre.
religionum Grego.x.de reli.do.Bar.in extraua.ad reprimendam:
39 in verbo denuntiationem.†Pro cuius euidentia premitto quod
multiplex eſt modus ⁊ via agendi:quandoq; via actionis:vt in ciui
li.inſtitu.de actio.per totum:⁊ in.§.j.ʒ.eodem dilecti. Quandoq;
officio iudicis ſubrogato loco actionis.ff.de mino .per totum.⁊ ex
qui.cau.ma.de offi.iudi.c.j.⁊ in toto titu.de in integ . reſtitu. quan-
doq; via accuſationis de accu.per totum.quandoq; via inquiſitiōis
de accuſatio.qualiter.⁊.c.cum oporteat. de ſymo. licet heli.⁊ he p-
xime due vie competunt demum in criminalibus. in ciuilibus au-
tem non:niſi vbi ſolus intenditur finis correctionis peccati:vt not.
de iureiuran.ad noſtram.ij.⁊ ſic concurrit cum euangelica vel iudi-
ciali.vt.j.dicam.Differt tamen quia in officio iudicis non eſt neceſ
ſaria ſolennitas denuntiationum de quibus hic ad quod gloſſ.qđ
me.cau.c.abbas.Alia eſt via agendi per modum denuntiationis:⁊
de iure antiquo digeſtoꝝ non admittebatur hec denuntiatio:niſi p
officiales.ff.de cuſtodia reo.l.diuus.C.de accu.l.ea quidem.de offi.
prefecti vrb.in.l.prima.§.ſane ſecundum Bart.in dicta extraua.ad
reprimendam.Hodie autem hec denuntiatio admittitur magis la
te vt.j.patebit.De officiali autem denūtiatore habetur in dicta. l.
diuus.de accu.olim.de teſti.cogen.preterea.de ſtatu mona.ea que.⁊
c.in ſingulis cum ſi.quem nos teſtem ſinodalem intelligimus ⁊ ap-
40 pellamus.¶ †Uidendum igitur de hac ſpecie denuntiatiōis quā
proſequor per duo media.Primo quotuplex eſt denuntiatio . Se-
cundo de formis eius ⁊ effectibus.dic quod denuntiationū alia iu
dicialis:alia canonica:alia regularis. ¶ Uenio ad euangelicam cir
ca quam.Primo videbimus aliqua circa perſonam denuntiantē.
Secundo aliqua circa perſonam denuntiatam.Tertio aliqua circa
41 eius formam.Quarto aliqua circa eius finem ⁊ effectum. ¶ †Ad
primum quero an denuntiatio euangelica procedat ab actu cari-
tatis an iuſtitie:dic prout ordinatur ad tollendum peccatum proce
dit ab actu caritatis:prout ordinatur ad inſtruendū alios per exē-
plum procedit ab actu iuſtitie.xi.q.iij.precipue:ſecundū Archidia.
42 ij.q.j.ſi peccauerit. ¶ †Secūdo quero an ſit precepti hec denuntia-
tio:an conſilij.Quod ſit precepti facit:quia loquitur per verba im-
peratiua.xlv.diſt.ſed illud.cum.c.ſe.lxxxiij.diſt.per totum:ergo ca-
dunt ſub precepto.xiiij.q.j.quod precipitur.de verbo.ſigni. in his:
pro ⁊ contra ſubtiliter ⁊ copioſe.allegat Archi.ij.qđ.j.ſi peccauerit
Io.an.dicit quod in prelato eſt precepti ⁊ ſi non facit peccat.de off.
ordi.irrefragabili.xlv.diſt.ſed illud.cum.c.ſeq.lxxxiij.diſt. per totū.
In alio non prelato dicunt quod non eſt precepti ſed conſilij:nec il-
laqueat ad peccatū vnde non tenetur aliquis ad hoc:niſi vt ad alia
opera pia:niſi ratione officij vel cui hoc pertineat.xxiij.q.iiij.duo:⁊
fuit dictum Inno.in vna parte.In alia dicit quemlibet teneri ſi cre
dit ſuam denuntiationem prodeſſe:⁊ denuntiātibus non eſt graue
denuntiare.xxij.q.v.anima:nam nimis graue eſſet denuntiantibus
ſi ob hoc a ſuis negotijs retrahi deberent:vel ſi propter hoc deberēt
inimicitias vel pericula aliqua incurrere:quia licet denuntiare bo-
num opus ſit ad illud nō tenemur:ſicut nec ad alia bona opera:niſi
in caſu predicto:⁊ quando ſic ſe offert oportunitas vt dictum eſt: qꝛ
quando ſic ſe offert oportunitas eſſet peccatum negligentie:niſi de-
nuntiaret.hec vera dicit in delicto continuato : ⁊ iterationem reci-
piente:ſecus in momentaneo. Ioan.de ligna. dicit quod ſi fiat de-
nuntiatio circa commiſſum non eſt precepti.ratio quia monitio cir
ca cōmiſſum ſit propter penitentiam quam iniungere non poteſt
priuatus:nec ad ipſam compellere:ſed circa ſecundam non ſit moni
tio ad penitentiam eius quod nō eſt commiſſum:ſed tendit ne pec-
cet quod poteſt quilibet priuatus prohibere:tenetur enim quilibet
propulſare vim factam ſocio:de ſenten.excōmu.quā te.eo.titu. dile
cto. quanto magis tenetur propulſare periculum anime: tamē at-
tenta origine.ſ.caritate tenetur priuatus:ſed invim ſolius precepti
tenetur ſolus prelatus ſecundum Ioan.de ligna.Concludit Archi
dia.quod eſt precepti ſed non ſemper eſt peccatum. Unde aduerten
dum quod quedam ſunt precepta negatiua:⁊ hec prohibent actus
peccatorum:quedam affirmatiua:⁊ hec non prohibent:ſed inducūt
actus virtutum.Actus autem peccatorum ſecundum ſe ſunt mali:⁊
43 nullo modo bene fieri poſſunt:nec aliquo modo:aut tēpore:†ex hoc
ſequitur quod precepta negatiua obligant ſemper:⁊ ad ſemper:niſi
forte reuelatione diuina.xxiij.q.v.ſi non licet.xxxij.q.j.non eſt cul-
44 pandus. xiiij.q.v.dixit.de diuor.Gaudemus. † Actus autem vir-
tutum non quolibet modo fieri debent:⁊ tempore:ſed ſeruatis debi
tis circunſtantijs: que exiguntur ad hoc:vt actus ſit virtuoſus.ſcili-
45 cet vt fiat vbiq;:et ſm qđ dʒ ⁊ qñ dʒ.† Cōcludit ergo quod fraterna
correctio tripliciter poteſt obmitti.quandoq; meritorie: quandoq;
ex caritate obmittitur:vt quia timet ne deteriores fiant.allega.di-
ctum auguſtini in principio de ciuitate dei.Secundo modo obmit
titur cum peccato mortali:quando preſumit probabiliter:quod ad
eius monitionem corrigeretur:⁊ tamen propter timorem:vel tepi-
ditatem obmittitur.l.diſt.ſi quis dyaconus. xl. diſtin.ſi papa. xvij.
diſtinctio.ſunt nōnulli.Tertio modo cum peccato veniali : quādo
ex timore vel tepiditate eſt tardior ad corrigendū non tamē obmit-
teret ſi conſtaret ei quod corrigi deberet.Hoc modo viri ſancti ali-
quando obmittunt corrigere delinquentes.ij.q. vij. qꝛ plerīq;.xvij.
q.j.§.quando vero.Hoc in non prelato.In prelato autē hoc dicit eē
peccatum vbi corrigere valet abſq; ſcādalo alias expectet tempus.
46 ¶ †Tertio quero an ſubditus teneatur corrigere prelatum:dic qđ
inquantum correctio eſt actus iuſtitie non pertinet ad ſubditum re
ſpectu prelati.xxj.diſtinctio.inferior.⁊.c.ſubmittitur:ſed inquantū
eſt actus caritatis ſic:non tamen cum preſumptione vel proteruia.
Unde dicit apoſtolus.ſeniorem ne increpaueris:ſicut aſina reprehē
dit balaam.ij. q. vij. ſicuti ⁊. §. Item cum balaam cum capitulo ſeq.
47 ¶ †Quarto quero an poſſit quis corrigi qui ex correctione fit de-
terior . archidi.vbi ſupra concludit quod inquantū correctio eſt vir
tus iuſtitie in qua agitur etiam de bono cōmuni que pertinet ad p-
latos hec non eſt obmittenda propter timorem eius qui corrigitur
ne fiat deterior:immo iudex contra eum procedit . iiij. diſtin.forte.
xxiiij.qđ.v.qui vitijs.Alia eſt que eſt actus caritatis cuius finis eſt
emendatio delinquentis non habens citationem:ſed ſimplicē mo
nitionem:⁊ hec vbi timeretur quod peior fieret debet obmitti: quia
ea que ſunt ad finem debent regulari ſecundum quod exigit ratio fi
48 nis.xxiij.qđ.v.prodeſt ſecundum archidia. ¶ †Quero an quilibet
poſſit denuntiare.docto.hic dicunt quod omnes infames ⁊ mulie-
res admittuntur dummodo non perſeuerent in crimine:nec per ex-
ceptionem ⁊ cauillationes ſunt repellendi.non enī refert qui denū-
ciet dū tamen anima ſaluetur. de iureiurando quēadmodum in ſi.
de cogna.ſpi.tua ad quam admitteretur quis dato quod iuraſſet nō
denuntiare.de iureiurando quemadmodū:quia iuramentum eſſet
temerarium inquantum denuntians principaliter intenderet cor-
rectionem peccati:et non intenderet principaliter propriū inter-
eſſe:vt ibi no.ad hoc quod no.glo.hic ⁊ de teſti.in omni.de iureiurā
do tua.de cogna.ſpi.tua.glo.ij.queſtione.j.ſi peccauerit.ſic debet in
telligi.glo.fina.hic relata.ad euangelicam recte loquitur:⁊ hec ſuffi
ciant quantum ad perſonā denuntiantē.Archi.ij.q.j. ſi peccauerit
de exiſtente in peccato dicit quod q̄q̄ non admittatur ad denuntiā
dum ſi iacet in peccato actus tamē correctionis in eo cadere poteſt
quia in eo non eſt ex toto deletum iudicium ratiōis propter tria ta-
men ex peccato precedenti redditur indignus ad corrigendū ſi pec
catū maius cōmiſit:⁊ corrigit de minori:⁊ allegat illud Math. vij.
qui videt feſtucam ⁊c.Primo quod quanto maius eſt peccatū cor-
rigentis tanto maius poteſt ſcandalum innuere.argumē.xl. diſtin.
multi.Secundo ex ſuperbia corrigentis qui peccata ſua paruipen-
dēs ſeipſum proximo prefert ſeueritate auſtera dijudicans alioꝝ
peccata contra illud.xj.queſtione.iij.cunctis:⁊ cōcludit etiam in cor
rectione hac penſandum vtrum tale eſt vitium quod nunq̄ habue-
rimus.⁊ tunc cogitemus nos homines eſſe : ⁊ habere potuiſſe : vel
tale quod habuimus:⁊ iam non habemus:⁊ tunc tangat memoriā
cōmunis fragilitas vt illam correctionem non odium:ſed miſericor
dia precedat.Si autem inuenerimus nos in eodem vitio eſſe : non
obiurgemur ſed congemiſcamus:⁊ inuitemus ad equalitatem peni
49 tendum.†Ex his patet quod peccator humiliter corripiendo non
peccat nec nouam ſibi damnationem acquirit ſi ſic corrigat ſecundū
archidia.hanc etiam poteſt proſequi ille cuius intereſt ratione rei
familiaris.vt hic ⁊ etiam petere vt cum non poſſit agere penitentiā
niſi ſatiſfaciat quod reddat ei quod ſibi debet ſecundum Innocen.
50 ¶ †Uenio ad perſonam denuntiatam:⁊ quero primo quis poſſit
denuntiari dic quod quilibet iacens in peccato:nec in hoc excuſat di
51 gnitas vt patet hic. ¶ †Quero pro quibus peccatis habeat locum
denuntiatio:⁊ correctio ; dic quod pro peccatis cōmiſſis in quibus
perſiſtit:⁊ cōmittēdis.xxij.q.v.hoc videtur.⁊ no.de ſponſa. tua nos
52 ⁊ an in occultis dixi ſupra. ¶ †Quero ſecundo an denuntiatio euā
gelica habeat locum in peccatis occultis ſicut in publicis. Pet.te-
net hic quod habeat locum in occultis:⁊ publicis. xj. queſtione.iij.

pꝛecipue.ꝛ eſt tex.hic Joan.and.hic videtur velle quod in foro eccle-
ſiaſtico non habeat locum in peccatis omnino occultis:ſed que ꝓ-
bari poſſunt:quia omnino occulta iudicio dei ſunt ſeruata.vj.que-
ſtione.j.ſi omnia:ꝛ caueat denuntians quod eum peccatorem con-
uincere poſſit.quia etiam ſi epiſcopus ei non creditur.vj.q.ij.ſi tan-
tum.ꝛ.c.placuit.Innoc.dicit quod ſi peccatū eſt occultum illud oc-
culte perſequi debet:ꝛ tandē debet habere eum ꝓ ethnico ꝛ publica
no eum occulte vitādo.alleg.xlv.diſt.nō ocioſe dic ſi queritur an oc-
culta peccata poſſint corripi:ꝛ etiam caſtigari:caſtigatione gene-
rali:dic quod ſic:vt in.c.ſi ſacerdos.de offi.oꝛdina.Si an poſſint coꝛ
ripi in ſpecie ſi ſunt occulta alijs:ꝛ nota corripienti poſſunt abſq̄
dubio occulte corripi vt ſunt occulta:dum tamen ſeruetur modus
in corrigendo:vt occulta corripiat occulte publica publice.vij.q.ij.
ſi tantum.ꝛ.c.omnia.ꝛ.c.placuit.ꝛ ſic intelliguntur he autoritates:
ſi peccauerit in te:ꝛ illa peccantem corrige coram omnibus.Si an
poſſint denuntiari ſi ſunt omnino occulta.Joan.tenet quod.ſ.ar-
chidia.tangit.ij.queſtione.j.ſi peccauerit ꝛ dicit aliquos dicere oꝛdi
nem fraterne correctionis ſic ſeruandum:vt primo corrigatur in ſe-
creto.ſi audiuerit bene quidem ſi non ꝛ peccatum eſt omnino occul
tum dicebant non vlterius procedendum:ſi ad notitiam populi in-
cipit tranſire debet vlterius procedi.ſecundum quod dominus mā-
dat.hoc eſt contra dictum auguſtini quod peccatum fratris non de
bet occultari ne putreſcat in coꝛde.v.queſtione.v.non nos.Jdeo di
cit archidia.quod quam diu ſpes eſt de correctione per ſecretā mo
nitionem debet illam pluries iterare:nec debet vltra procedi:ſi non
valet admonitio,procedendum eſt vlterius quātumcūq̄ peccatum
ſit occultum ad teſtium inductionem niſi forte timeretur quod dete
rioꝛ fieret:quia tunc eſt deſiſtendum.puto quod ſi peccatū eſt omni-
no occultum:facta prima monitione poſſit adhibere vnū vel duos
qui potius poſſint prodeſſe quam nocere:vt cum eo corripiant:ſi ſe
corrigat habemus obtentum.xxij.queſtione.v.hoc videtur:ꝛ tenet
hoc archidia.ꝛ ſi coram eis fatetur crimen poſtea procedere ad de-
nuntiationem:ꝛ per eos probare ſi negaret coram alio vel alijs cum
adhuc poteſt denuntiare eccleſie hoc eſt prelato qui poſſit potius
prodeſſe q̄ nocere:et tunc ſuperioꝛ cui eſt facta denuntiatio:cum
non conſtet ei niſi per vnum teſtem habebit eum occulte vitare:pro
eo oꝛare eum crebro admonere poterit etiā in genere excōmunica
re iſto modo ſufficit ad correctionem vnus teſtis:ꝛ ſic intellige glo.
que dicunt quod in penitentialibus ſufficit probatio per vnum te-
ſtem:vt not.glo.ij.queſtione.j.multi in verbo ſeculari ad ſi.de ſpon.
preterea.xxij.queſtione.v.hoc videtur de con.diſt.iiij.cum itaq̄.de
conſanguinitate ꝛ affinita.ſuper eo.ſic intelligo.xlv.diſtin.ſed illud
xxij.q.v.hoc videtur.Si peccatum eſt occultum probabiliter tamē
habet locum denuntiatio abſq̄ dubio:vt hic dicunt docto.ꝛ fortiꝰ
ſi ſit publicum licet fines forte ſint diuerſi vt dicam vbi tractabatur
53 de effectu.¶ †Quero circa formam que exigantur in hac denuntia
tione euāgelica:ꝛ ꝛ que ſunt de eius forma.dic quod in ea debet pro
cedere duplex monitio.Prima probatur per monentem.Secunda
per monentem ꝛ alium vel alios:de teſti.ꝛ in omni.arc.ij.q.j.ſi pec-
cauerit.dicit ſi peccatum eſt publicum non exigatur monitio:iuxta
illud peccantem coram omnibus argue.xlv.di.ſed illud:ſi occultum
ꝛ inferat alijs nocumentum ſpirituale:vel temporale:vel coꝛpoꝛale
puta traditio ciuitatis hoſtibus:vel occulta hereſis:multos occul-
te a fide deuians:cum hic peccet in alios:ſtatim non expectata mo-
nitione:denunciabit:niſi forte ſciret quod ad eius monitionē vellet
ſtatim corrigi:nam quilibet debet ſic corrigere ſi poteſt:quod illius
fama non ledatur:que eſt vtilis ipſi peccanti:non ſolum in tempo-
ralibus:in quibus homo quantum ad multa patitur detrimentum
amiſſa fama.de teſti.teſtimonium.ij.q.vij.teſtes:ſed etiam quātum
ad ſpiritualia:quia multi pre timoꝛe infamie retrahūt a peccato:cū
autem ſe ſentiunt infamatos libentius peccant:de pe.di.j.quis ali-
quando.Jtem quia vno infamato alij infamantur:quia dicitur cle-
rici vel religioſi hoc faciunt:ſi non inferat pluribus nocumentū exi
54 gitur monitio.¶ †Foꝛma autem procedendi eſt quia in eo proce-
dunt de plano:abſq̄ foꝛma iudicij:vt hic litera dicit:ꝛ admittuntur
omnes teſtes:dummodo non ſint crimínoſi:etiam ſi eſſent infames
mulieres:ꝛ minoꝛes:ſecundum Jnno.vt ſupꝛa dixi in denuntiante.
55 ¶ †Quero circa effectum quis ſit finis et effectus huius denuncia-
tionis euangelice.dicit Joan.an quod huius effectus eſt vt pecca-
toꝛ peniteat:non vt beneficio:vel officio priuetur:niſi retento oꝛdi-
ne:vel beneficio:penitere non poſſet de tempo.oꝛ.c.vltimo:ꝛ tunc
per conſequentiam non directo priuatur.ſ.q꞉ aliter penitere nō po-
teſt:ſm Jo.an.ſentit ergo Jo.an.quod finis huius denunciationis
compellat preciſe.Jnno.dicit qđ ſi peccatum eſt occultū finis eius
eſt vt habeat denunciatum priuatum pro ethnico ꝛ publicano:vt
ſonat autoꝛitas.ij.q.j.ſi peccauerit.xlv.di.non ocioſe:ſi peccatum eſt
manifeſtum manifeſte debet proſequi dictum euangelicum denun
tiando crimen eius iudici:ꝛ probando per teſtes:ꝛ tandem debet eū
habere pro publicano publice:etiam ſi non eſſet excōmunicatus:
etiam non habendo familiaritatem cum eo:ſed non debet eum vita

re in oꝛatione:nec in mēſa:nec in alijs huiuſmodi.puto quod ſi pec-
catum eſt occultum:notum ſoli deo:denunntiati finis eſt hoc denū-
tiare prelato:qui poſſit prodeſſe:ꝛ non nocere:qui prelatus plura
habet remedia.Primum vt inſiſtat oꝛationibus oꝛando pro eo.Se
cundum vt inſiſtat monitionibus occultis exhoꝛtādo.Tertium vt
eum vt peccatoꝛem vitet ſacramēta denegando:ꝛ ſi ſic non proficiat
poteſt eum etiam excommunicare in genere:argu.de offi.oꝛ.ſi ſacer
dos.Aliud agere non poteſt:ne publicet peccatum:quia proditoꝛ
eſſe non debet.ij.q.vij.§.de his.Si peccatum eſt publicum:tunc po-
teſt adhibere illa remedia:ꝛ etiam publice vitare:per hanc autem
viam non debet ipſum ſententiare ſpecifice:quia hec non eſt via oī-
no iudicialis:ꝛ ideo denegantur alia remedia iudicialia.ſic intelli-
go Jnnocen.ꝛ forte poterit ei denegare ſacramēta niſi appareat de
56 penitentia:ex quo perſeuerat in peccato.¶ †Uenio ad ſecundā ſpe
ciem ſcilicet ad iudicialē.¶ Quero primo quotuplex eſt:dic quod
eſt duplex quedam publica:quedam priuata publica eſt que compe
tit ex puro ꝛ mero officio in qua non exigitur monitio:ſed in ea iu-
dex ex ſuo officio procedit:per denuntiationem ſuoꝛum officialiū
ꝛ habet locum in notoꝛijs tantum.C.de accu.ea quidem.xxxv.q.vj.
epiſcopus in ſinodo.ff.de cuſto.reo.l.diuus.de offic.prefect.vrb.l.j.
§.ſane.Jn caſu tamen delicti leſe maieſtatis contra imperiū eſt hoc
nouum quod per denuntiationem factam a quocunq̄ poſſet proce
di.vt in extrauagan.ad repꝛimendam vbi bar.dicit quod iſte denū
tiatoꝛ habet vim cuiuſdam mandatoꝛis:ideo inſiſtens incidit.l.j.§.
incidit.ff.ad turp.ꝛ.l.ab accuſatoꝛe.ꝛ.l.denuntiatoꝛes.dicit tamen
ſpec.in titu.de denuntia.§.j.verſi.vt autem in ſi.quod licet ſit ceptꝰ
proceſſus per modū denuntiationis canonice ſi tamen difficultas
aliqua ingeratur tranſitur ad modum inquiſitiōis nec punietur de
nuntiatoꝛ cum non ſua voluntate deſiſtat.de ſymo.licet hely.§.cū
igitur.Quedā eſt ſpecies denuntiationis iudicialis que dicitur pri
uata:circa hoc quero an competat.Secundo contra quem.Tertio
que ſit eiꝰ foꝛma.Quarto quis ſit eius effectus.Quinto in quo dif-
57 fert ab euangelica.¶ †Ad primum an competat:dic quod compe-
tit leſo ꝓpter ſuum intereſſe:quādo ille:quia eſt leſus nō poteſt age-
re in foro oīno cōtentioſo rigoꝛe iuris inſpecto.Aut ꝑ conditionē
perſone:vt quia ſeruus aut poteſtati ſubiectus.Jdem putat barto.
in extrauagan.ad repꝛimendam:vbicūq̄ propter potentiam aliqs
ſe iuuare non poteſt vel audet alias facta querela ſuperioꝛi etiam ſi
vltra non proſequatur iudex ex officio procedat quod ampliat ſpec.
in titu.de denuntia.§.primo verſic.vt autem.etiam ſi timet ratione
ſuperioꝛitatis:quia eius eſt dominus vel tyrannus ꝛ ſi propter po-
tētiā timet denuntiare poterit ſuperioꝛi eccleſiaſticus ex officio pro
uidere per pene impoſitionem:ꝛ ſufficientem cautionem.de reſtitu.
ſpo.literas.de preſumptio.literas.de iureiurā.ad noſtram.Jdem ſi
ſit timoꝛ iuris vt q꞉ ab agendo alijs vijs ſe excluſit iuramento.de iu
reiuran.debitoꝛes.ꝛ dicto.c.ad noſtram.ꝛ.c.quemadmodum:ꝛ pu-
to quod vbi timoꝛ impedit agere:vt iuris aut facti:tunc poterit fie-
ri ſine monitione:ſi timoꝛ monitionem impedit argumē.de appel.
ſi iuſtus:ꝛ quod ibi not.Competit etiam in ſpectantibus ad foꝛum
veniale ꝛ in ruſticis oppreſſis.ff.de offic.preſi.l.nec quicq̄.§.de pla-
no:per que puto idem in omnibus miſerabilibus perſonis oppreſ-
ſis:vt in cauſis ſuis poſſit per hanc viā ſic de plano ꝓcedi:ꝛ que mi
ſerabiles dicantur perſone numerat Jnno.de offic.delega.ſignificā
tibus quod bene not.quia ex hoc habes multas ſummarias cauſas
ff.de offic.prefe.vrbis.l.j.§.quod autem Juſti.de his qui ſunt ſui vel
alie.iuris.§.j.Jdem puto in monachis ꝛ cōuerſis ꝛ prelatis vel alijs
querelantibus qui propter defectum voluntatis repellūtur ab agē
do.vt not.Joan.and.de offic.oꝛdi.preſenti.lib.vj.ꝛ not.de preben.
graue.eo.li.not.Jnnocen.qui cle.vel mona.inſinuante.cōpetit etiā
patri conquerenti de filio vel liberto.l.j.§.cum patronus.ff.de offi.
proconſul.ꝛ.l.nec quicq̄.§.de plano.Jdem dici poteſt de prelatis
conquerentibus de ſubiectis.xj.queſtione.iij.clericus.j.de exceſ.pre
la.c.j.ꝛ de eccleſia conquerente.de beneficiatis vel oblatis eccleſie vel
monachis.ꝛ hec via agendi quo ad caſus ciuiles fuit introducta a
iure ciuili.nec eſt denuntiatio proprie ſed officium iudicis vel ſup-
plicatio quedam qua ſuperioꝛ aditur.in foro autem canonico per
viam denuntiationis precedentibus caſibus admittitur etiam lay-
cis contra laycos agentibus quando adeſt defectus iuſtitie vel cri-
menꝰ ſui natura eſt eccleſiaſticum vel ratione pacis vel iuramenti.
Jtem quando crimen eſt notoꝛium:vel quando non auditur in fo-
ro ſeculari inſpecto rigoꝛe:naturalis tamen equitas dictat ius agē-
di competere vt in obligatione naturali.idem dicit Jnnocē.ſed ob
miſit Joan.an.ſi denegatur ius agendi inſpecto rigoꝛe etiam in fo-
ro eccleſiaſtico:quia non competit ius agendi de iure canonico in
foro contentioſo:vt in pacto nudo:ꝛ iuramēto:que etiam de iure ca
nonico actionem non producunt.ſic ſentit hic Jnnocentius.quod
de iure canonico non agatur ex pacto nudo nec producat actionē
ſed agatur tantum via denuntiationis iudicialis.de quo dic vt dixi
de pac.c.j.de inſtitu.cum veniſſent:ꝛ not.xxij.queſtione.ij.quicunq̄
ſuffragio plus puto quod et agi poſſet de iure ciuili per viam illā:
ne iuſtitia

ne iuſtitia denegetur ex equitate:quia agebatur ante dum iuſtitia
manu regia miniſtrabatur.l.ij.§.deinde exactis de origi.iuris.ff.et
not.Inno.de conſtitu.que in eccleſiarum.⁊ not.C.ſi contra ius vel
vti.public.in.l.ſi.per Cyn.⁊ Bal.de ſuza.cuius originaliter fuit di-
ctum:⁊ hoc quando quis locupletatur cum aliena iactura:vt.l.pla-
ne ⁊.l.fina.ff.de petitio.here.⁊ forte etiam ſine denuntiatione euan-
gelica ſic agetur in foro canonico:quia nō eſt neceſſarius vſus actio-
nis:vt dixi.§.eodem dilecti.Competit etiam illi qui propter iura-
mentum excluditur iniuſte a petitione ſibi debiti: vt quia iuramen
tum eſt iniuſte exactum:dum tamen principaliter intendat fineꝫ cor
rectionis peccati vt no.de iureiurā.debitores.⁊.c.primo.⁊.c.ad no-
ſtram licet hoc non ponant hic docto.idem competit vbicunqꝫ de-
lictum eſt perpetratum ſi crimen perpetratum recipiat augmentū
propter multiplicationem actuum:vel continuationem iniurie: ſi-
cut quando aliquis perſiſtit in illicito contubernio vel quando per
ſiſtit in iniuria rapiendi de iureiurando quemadmodum. Compe-
tit etiam pro crimine committendo vt ab eo deſiſtat.de deſpon.im-
pube.ad diſſoluendum.xxij.queſtione.v.anima.ſecundum Innoc.
cōpetit etiam cuilibet miſerabili perſone oppreſſe.lxxxvij.diſtin. p
totum. Item competit grauato in principio vel medio litis coram
capite prouincie:vbi difficilis eſt aditus ſuperioris:in auten.vt dif-
fi.iudic.§. ſi vero contigerit col.ix.⁊ eſt tex.hic quod eſt valde notan
dum pro iſtis ciuitatibus ſuperiores non recognoſcētibus: ſi de iu
dicibus appellationis prouident per ſtatuta. Item competit quia
per hanc viam pauperi agenti compellitur diues dare elemoſynaꝫ.
vij.diſtinctio.ſicut hi vbi hoc no Jo. puto tamen quia propter hoc
non ceſſet officium iudicis vbi arguitur peccatum nec eſt mod' agē-
di:vt eſt caſus cum not.docto.de iureiuran.ad noſtram.ij.⁊ no.glo.
ff.quod met.cau.abbas ⁊.c.ad aures ⁊ eſt hoc vtile quia non erit ne-
ceſſaria monitio de qua hic.In alijs caſibus non admittitur niſi ta-
men reducibilibus ad iſtos.als ſi hoc diceretur periret iuriſditio tē
poralis:⁊ omnes cauſe per iſtam viam reducerentur ad forum eccle-
ſiaſticum ſecundum Joan.and.⁊ ideꝫ dixit Guar.in dicto.c.religio
58 nem.†Ex his decidit barto.in extrauaganti ad reprimendaꝫ quid
de eo quod deducitur per falcidiam de legatis vel trebellianicam de
fideicommiſſis cum illud ſit naturaliter debitum .C.de iuris ⁊ facti
igno.l.cum quis.de reg.iur.l.quis per errorem.An talia detrahens
poſſit denuntiari hac ſpecie denuntiationis quaſi peccet mortali-
ter videtur quod non:quia de iure canonico agitur ad has quartas
de teſta.Raynutius ⁊.c.Raynaldus.quod non permitteret ius ca-
nonicum ſi detrahentes peccarent.dicit ibi Barto.quod quedam
eſt naturalis qua quis obligatur eo quod alienum tenet cum aliena
iactura ⁊ damno:⁊ ſic obligatur ad reſtituenduꝫ:⁊ pro tali vt nutriē
te peccatum bene agitur euangelica denuntiatione.ff.de condictio.
indebi.l.nam natura.Quedaꝫ eſt naturalis qua quis obligat ad ali
quid implendum de nouo:⁊ in hac quedam eſt que ſurgit ex puro
deliberato ⁊ ſpontaneo conſenſu obligādi iuxta illud. verba de ore
meo non faciam irrita:vt ex pacto nudo:vel iureiurando interpoſi-
to ab alio ꝙ a liberto.l.vt iureiurandi.de ope.lib.ff.de fideicom.l. ſi
quis pro eo.vel in alia qua quis conſentit obligari tertio alteri ſti-
pulanti.ff.de verborum obligatio.l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ⁊ adhuc
poteſt pro tali agi hac via ad hoc optime quod not.Jo.i.queſtione.
vij.quotiens cordis.Quedam eſt naturalis obligatio que non ha-
bet originem a conſenſu:vt in obligatione ad penam ex maleficio.
de qua in.l.non ſolum.§.primo.ff.de iniur.non enim ex hoc ſurgit
a conſenſu vo ſed interpretato quantū em̄ in ſe delinquens non cō
ſentit obligari ſed putat ſemper euadere penam hic eſt quod in fo-
ro conſcientie quis ad talem penam nō tenetur.xij.queſtione.ij.fra-
ternitatem.vbi Jo.⁊ pro tali non agitur quedam que ſurgit ex pre-
ſumpto non certo ⁊ determinato cōſenſu vel non proprio ſed trahē
te originem a conſenſu alterius ⁊ non habet locum denuntiatio.
¶ Ad propoſitum ſi teneretur opi.pe.⁊ Cy.de qua in dicta.l. cum
quis.de iu.⁊ fac.igno.quod non daretur obligatio naturalis in reti
nendo per fal.vel trebel.planum quod denuntiari non poſſet: ſꝫ te-
nendo opi.quod ibi ſit naturalis.Dic quod illa non ſurgit ex con-
ſenſu.ꝙꝙ enim naturaliter teneatur habito reſpectu ad inſgentiuꝫ
quo iure quarte retentio non erat inducta:non tamē quia ſurgit ex
conſenſu tenetur cum teſtator videatur velle in teſtamentis ſuis le-
ges locum habere que de falci.loquuntur:vt.l.nemo poteſt.de leg.i.
⁊ de teſta.requiſiſti:⁊ heres etiam videtur adeūdo vti velle legis fal-
ci.beneficio:ſatis puto hoc verum niſi teſtator expreſſe vetauerit fal
ci.vel trebel.etiam ignarus ſui patrimonij:quia tunc apparet de vo
luntate defuncti;vnde ꝙꝙ lex fauore heredis permittat eum detra
here quod eſt inductum propter malum principium deficientium
in caritate volentium implere ſine lucro voluntates defunctor cō-
59 pelleretur per hanc denuntiationem ad illam implendā. † Ex his
deciditur quid de tuto preſcriptione qui vere debitor erat: an ſic re-
maneat naturaliter obligatus quod cōtra eum poſſet agi via denū-
tionis euangelice dicit Barto. quod auditur via denuntiationis
euangelice ꝙꝙ denegetur ius agendi in foro ſeculari:nec obſtat qꝺ
preſcriptio tollat effectum naturalis.l.fina.ff.rem ra.habe.vbi per
Dyn.l.ſicut.C.de preſcriptio.xxx.vel.xl.annorum:quia licet tollan
tur effectus ciuiles ipſa tamē naturalis non tollitur: nec naturalis
effectus illam ſequens quod puto verum maxime quando preſcri-
bens ſcit ſe debitorem:vt no.barto.in.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſu
ca.quo caſu quid in foro contentioſo canonico dixi de preſcriptio.c.
fina.⁊ in queſtione quam florentie diſputaui:que incipit clericus.
60 †Ex his deciditur quid de tuto exceptione macedo. qui vere mu-
tuum recipit tenet barto.quod denuntiari non poteſt: qꝛ hec exce-
ptio ſurgit ex delicto creditoris quod poteſt opponi denuntianti:
vt dictum eſt:vt no.ſ.Credo filium denuntiare poſſe:ſi ex hoc fact'
locupletior eſt.Idem ſi non eſt factus locupletior: quia intantum
damnificauit alium:quia ius naturale tale non preſumit delictum
quod in necem patris mutuauerint quia ex quo purgatum eſt non
obſtaret exceptio antiqui delicti:⁊ quia exceptio delicti non obſtat
agenti denuntiatione iudiciali:quia crimen non repellit quē a ſuo
iure conſequendo:ſed prima ratio eſt melior:quia crimen annexuꝫ
61 iuris agendi bene obſtaret.ff.de doli exceptio.per totum. †Ex his
infertur quid de muliere tuta velleiano:dicit Barto.eam non poſſe
denuntiari:quia etiam ſoluens repetit ſecundum canones.de ſolu.
c.ſi.tibi no.quia hec naturalis nō eſt firma:quia propter imbecillita
62 tem mulieris ſe obligantis pro debito alieno.† Idem putat in pu
pillo qui naturaliter obligatur:quia illa naturalis non ſurgit a deli
berato ⁊ maturato conſenſu:nam ſi ſic obligatus ſolueret reſtituere
tur ex edicto de minoris naturali equitate īducto.C.ſi aduerſus ſo-
lu.l.fina.ff.de condi.indebi.l.interdum.ff.de in integr. reſtitu.l.j.in
muliere ⁊ pupillo ſi facti eſſent ex hoc locupletiores denuntiari poſ
ſent abſqꝫ dubio.Si vero non ſunt locupletiores puto in muliere ⁊
minore ſaltem doli capace:ſi non eſt ſaluum ius agendi contra aliū
ſtipulanti ⁊ agitur de damno quod denuntiari poſſet ſi agitur de lu
cro:vt quia obligatio eſt ex cauſa lucratiua vel ſaluum eſt ius agen-
di contra alium.dic quod tunc procedit dictum Bart.Sed an in fo
ro penitentiali teneatur dixi in decret.quia plerıqꝫ.de immu. eccle.
63 dic vt ibi dixi poſt Innoc.†Ex his dicit generaliter quod in omni
caſu quo aduerſus naturalem daretur reſtitutio quod tunc aduer-
ſus illam non daretur denuntiatio:quia obligatio naturalis exclu-
ditur per aliam naturalem obligationē:vt.l.ſi vnus.§.pactus. ff.de
par.ſecundum Bart.hoc puto quando cauſa dande reſtitutionis
fundaretur ſuper imbecillitate conſenſus:vt non firmi ⁊ deliberati
64 animi: vt dixi ſupra.†Ex his deciditur quid de tuto preſcriptiōe q
vere debitor erat:an ſic remaneat naturaliter obligatus quod cōtra
eum poſſet agi via denuntiationis euangelice:dicit bart.quod au-
ditur via denuntiationis euangelice ꝙꝙ denegetur ius agēdi in fo
ro ſeculari:nec ob.quod preſcriptio tollat effectum naturalis .l. fin.
ff.rem ra.ha.vbi per Dy.l.ſicut.C.de preſcrip.xxx.vel.xl.anno.quia
licet tollantur effectus ciuiles ipſa tamen naturalis nō tollitur nec
naturalis effectus illam ſequens quod puto verum maxime quādo
preſcribens ſcit ſe debitorem:vt not.barto.in.l.ſe.§.ſi viam.ff.de vſu
ca.quo caſu.quid in foro contentioſo canonico dixi de preſcrip.c.ſi.
65 †Ex his deciditur quid de tuto exceptione rei iudicate videtur qꝺ
denuntiari poſſit quia remanet naturalis.ff.de condi.indebi.l.iulia
nus dic quod dato quod peccet de hoc non poteſt cognoſci poſt ſen
tentiam:l.ſi quis cum totum.§.plane.⁊.§.ſi quis ancillam.de excep.
rei iudi.de iureiur.l.nam ⁊ poſtea.§.i.ꝑ quo facit:quia in certis tan
tum caſibus permittitur:vt per inſtrumenta de nouo reperta.de re
iudi.imperator.dicit tamen qꝺ dubitat:puto qꝺ ſi vitium ſententia
⁊ iniuſtitia non ſit per partes remiſſibilis:qꝛ tunc non purgatur vi
tium conſcientie non ceſſet denuntiatio immo poſſit agi de iure cō-
muni.quia ſententia nō tranſit in rem iudi.vt no. ſuper rubrica . de
re iudic.⁊ no.glo.de re iudi.cum bertoldus.⁊.c.inter monaſterium.
⁊ no.docto.eo.titu.lator ⁊.c.conſanguinei.vt in beneficiali ⁊ matri-
moniali.Si vitium ſi hic eſt per partes remiſſibile:tunc partis negli
gentia tranſiuit in rem iudi.quia aliquo partis tacito conſenſu po-
teſt excuſare conſcientiam non auditur denūtiatio ideo dixi quod
ſi a debitore petantur vſure vel executio cōtractus vſurarij ſi poſtea
in executione ſententie opponatur exceptio vſuraria:non admittit
exceptio:ſi ſententia tranſiuit in reꝫ iudi.quia acquieſcendo potuit
vſuras remittere.Hoſtien.tamen ſentit hic ſuper glo.in verbo. iudi
care quod habeat locum denuntiatio:ſed prehabita ſummaria co-
gnitione de iniuſtitia ſententie.Si autem reclamauerit inquantuꝫ
potuerit vt quia ter appellauit:⁊ ſemper ſecuta eſt iniuſta ſentētia:
dico quod auditur ꝙꝙ iura in foro contentioſo eum excludant: ſic
66 loquuntur iura que allegat barto.ex his datur via ad multa. †Ex
hoc patet quid de herede ex inutili teſtamento:vt quia non habet
debitam ſolennitatem teſtium:vel quia peccat in preteritione filij.
Nunquid rumpens teſtamentum poſſit denuntiari:vt impleat vo-
luntatem defuncti etiam reſpectu eius quod in foro cōtentioſo im-
plere non teneretur puto quod ſi teſtamentum deficiat in ſola ſolen
nitate teſtium quod talis poſſit denuntiari:quia hic adeſt fundamē
tum firmum conſenſus teſtantis ⁊ naturali ex eo obligationis quā-

quam ius non aſſiſtat:nec ciuile:nec canonicum:in terris imperij in
relictis ad non pias cauſas:vt patet de teſta.cum eſſes.⁊.c.relatum.
⁊ quod ibi not.nec ob.ſi dicatur eo quod teſtator elegit ſolēniter nō
teſtari:elegit ⁊ conſenſit veniētes ab inteſtato ſuccedere:⁊ conſequē
ter conſenſit ſcriptos non ſuccedere:vt patet ex no.l.conficiuntur.
ad ſi.ff.de iure codi.q2 ſciebat eos in quos ſecundū ius naturale cō-
ſentiebat.de iure naturali ſuccedere.vnde quo ad illud ius conſenſit
ꝗꝗ non conſenſerit quo ad ius poſitiuū quod ius ſic interpretaī.
In rumpente autem ratione preteritionis hic eſt maior dubitatio
⁊ in ipſo puto quod non habeat locum denuntiatio:quia ius poſi-
tiuum infringens ex altero capite habet naturalem equitatem ob-
fuſcantem equitatem voluntatis:vt quia naturalis equitas dictat
vt filij cōtra debitum ordinem charitatis ab hereditatibus parentū
non excludantur alijs heredibus prelatis.Hinc eſt quod etiam lo-
cus pius inſtituatur filijs exheredatis: in conſcientie foro nō eſt qs
in hoc conſulendus:vt.l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.⁊ cle.
xix.queſtione.ſi.c.pe.⁊ ſi.xvij.q.iiij.quicunq;.ex quo concluditur fi-
lium vt tutum naturali equitate contra naturalem ſurgentem ex cō
ſenſu inordinato:⁊ contra nature inſtinctum:licite poſſe retinere ꝑ
que dixi de facto ſuaſionibus inductum ad renuntiandum ⁊ iuran-
dum de non repetendo:⁊ ſic non rumpendo teſtamento habere re-
media contra iuramentum non obſtāte ſi dicatur quod ad hoc fue-
rit inductus ex nouo dolo.per.c.cum dilecti.de dolo ⁊ contumacia.
67 ¶ †Venio ad ſecundum contra quem competat hic denuntiatio:
dic vt ex dictis patet quod competit contra quemcunq; iniuſte agen
tem tenentem:⁊ in peccato iacentem: non valentem excuſare con-
ſcientiam.vnde dicit hic Inno.quod competit contra peccantem ꝑ
criminibus perpetratis ſi recipiant augmentum ꝑpter multiplica
tionem actuum vel propter cōtinuationem iniurie:ſicut eſt quando
aliquis perſiſtit in illicito contubernio:vel quando perſiſtit in iniu-
ria rapine:ſed hoc eſt dubiū an ⁊ quomodo poſſit excuſare conſcien
tiam vt ſic repellat denuntiationem ſi habet aliquam iuſtam cauſaȝ
excuſandi de quibus ſupra dixi planum:ſi nullam aliam cauſam ha-
bet.dicit Inno.hic quod ad excuſandum conſcientiā ſufficit qđ di-
cat:⁊ ad repellendā denuntiationē non pertinet ad nos vel denun-
tiantem cognoſcere:an iuſte vel iniuſte teneā: hic tamen ſcio quod
non teneo cōtra cōſcientiā nec aliam teneor excuſationeȝ facere: ⁊ ſi
aduerſa pars.ſ.denuntians voluerit probare qđ res quā denuntiat⁹
tenet ad ipſum ſpectauit non admittitur:quia licet forte fuerit ſua
poteſt eſſe qđ per iudicium:vel alio iuſto modo:eſt facta tenētis: et
denuntiati:ſed vellet ꝓbare qđ iniuſte teȝ ⁊ ꝯ cōſcientiā admittend⁹
eſt:ſed hec eſt difficilis probatio:quia ⁊ ſi probet rem ſuam fuiſſe:nō
tamen probat quod contra conſcientiā:vel alias iniuſte teneat.Cō-
cludit tamen quod ad excuſandam conſcientiam vbi probatur rem
denuntiātis fuiſſe oportet aliquam cauſam iuſtam allegari licet nō
ꝓbetur conſcientiam excuſantē: puta quia dicat licet ſua fuerit ami
ſit eaȝ vel fuit mihi pignori obligata: probare tamen non tenetur et
creditur dicere verum niſi cōtra ꝓbetur:quia hoc ſufficit ſi ſue con-
ſcientie ſatiſfaciat.hec vera dicit quando occultum eſt peccatum et
quod iniuſte teneat.Si autem eſt publicum:ſicut publice conſtat de
peccato:ita ⁊ publice cōſtare oportet de ſatiſfactione conſcie.xlv.di.
ſed illud ſecundum Innocen.Reſidet ergo concluſio ſi conſtat no-
torie ⁊ publice de iniuſta detentione:ad purgandam conſcientiam
non ſufficit verbotenus dicere ſe non habere leſam cōſcientiam niſi
aliter probetur etiam dato quod aliqua iuſta cauſa allegatur ſi pec-
catum non eſt notorium:⁊ denuntiatio fiat nihilo probato: ſufficit
ad excuſandam cōſcientiam leſam:ſed ſi aliquid eſt probatum: p qđ
concludatur peccatum ſufficit ad excuſandam conſcientiā dicere cō
ſcientiam non habere leſam:aliqua iuſta cauſa allegata: ⁊ non pro-
bata.Hoſti. dicit quod ſi probetur rem fuiſſe denuntiantis conclu-
ditur peccatum in tenente:niſi aliud probetur:quia res preſumitur
eius cuius ante fuit niſi aliud probetur.C.de proba.l.cum res.⁊.l.ſi-
ne poſſidetis.xlv.diſt.ſed illud:⁊ ex quo conſtat de intentione acto-
ris:niſi probetur exceptio ſufficiens in contrarium:actor obtinebit
vt eccle.bene.c.j.ſecundum Hoſt.Io.and.perſiſtere videtur in con-
cluſione.Inno.barto.in extraua.predicta in hoc paſſu concludit: ſi
nullam cauſam excuſandi habeat non ſufficit ſecundum bart.vt di-
xit Innocen.ſi alleget aliquam iuſtam cauſam; ſi dependet ex eius
facto:q2 dicit ſe ſoluiſſe ſe emiſſe vel ſimile.Quid ſi primo negauit;
⁊ probatum eſt contra eum:non debet credi aſſertiōi:⁊ excuſationi.
ff.de probatio.l.cum indebito.de ſolu.c.fina.C.de non nu.pecu.l.cō
tra qui propriam.Si eſt confeſſus intentionem actoris; dicit tamē
ſe ſoluiſſe vel emiſſe ſtandum eſt excuſationi ſue:ſi aliter non probat
actor ſuum intentum.C.de teſti.l.ſi quis de teſtibus.⁊ de ſentē.l.cuȝ
paꝭ.ff.de iureiuran.l.cum qui.ſi probat aliter denūtiator ꝙ per cō-
feſſionem:tunc recurrendum eſt ad coniecturas cuius vice ⁊ fame
ſit denuntiatus:vtrum eius aſſertioni debeat credi.l.non omnes.
§.a barbaris.ff.de re mili.vtrum parua ſit,vel magna.ff.de iureiurā
do.l.ſed ⁊ ſi. Si vero cauſa eſt talis:que alio dependet:quia dicit ſe
habere ab alijs:⁊ ſic eis credere:videndi ſunt qui ſunt illi:⁊ cui⁹ opi-
nionis:⁊ an hoc habuerint ante litem motam.de teſti.licet ex quā-
dam:⁊ ſufficit quod habuerint a ſuo procuratore.ff.pro empt.l.qđ
vulgo.Idem ſi defunctus aliquid ſibi dixit credit enim recte illi he-
res.ff.de bo.liber.l.qui cum maior.alˀs ſi excuſaret conſcientiam ſine
cauſa vel preſumptionibus non legitimis non ſufficeret:quia licet
non teneat contra conſcientiam tenet contra conſcientiā erroneaȝ
⁊ ſimiliter peccat.de ſenten.excōmu.inquiſitioni:non ſufficit tamē
probare defunctum tenere contra conſcientiam:niſi probetur here-
dem contra conſcientiam tenere per que dicit heredem ante certifi-
candum quam denuntietur:vt.l.quod te.ff.ſi certum peta.ff.depo-
ſi.l.ſi quis inficiatus.prius enim peccatum precedere debet quā de-
nuncietur:vt in autoritate ſi peccauerit in te:ſed ſi heres non patiī
certificari ſe in hoc peccat:⁊ perinde eſt ac ſi certificat⁹ eſſet.ff.quod
vi aut clam.l.prima.§.ſed ariſto.Eſt enim hec affectata ignorantia:
de qua dicitur ignorans ignorabitur.ſecundum Bart.videte ſi te-
neretur opinio.Innocen.multum lederetur virtus denuntiatiōis:
facile enim eſſet denuntiato aliquam allegare excuſationem :ſed ꝑ
Innocen.facit quia in iſtis in quibus agitur de ſecreto conſcientie
ſtatur dicto ipſius vt patet de ſenten.excommu.ſi vero,de homi.ſi-
gnificaſti.puto quod in foro mere penitentiali ſtandum eſt dicto de
nuntiantis.Idem puto quo ad viam denuntiationis euāgelice nō
iudicialis.Caueat tamen quod illam recte informet:alˀs vt ignorās
ignorātia captata ſe perderet:vt dixi:ſi agitur via iudiciali: ſi nihil
eſt probatum:vel probari poteſt de peccato ſtandum eſt dicto denū
tiati:ſi notorie conſtet de delicto:planum quod tunc debebit ex ꝓ-
batione iuſte cauſe allegare ⁊ conſcientiam excuſare ſi conſtat con-
tra eum confeſſione ex quo aliter non probetur poterit ipſam ſola
excuſationis allegatione purgare:vt dixit bart.ſi conſtat probatio
ne aliqua:ex quo in foro iudiciali vere non preſumptiue conclude-
retur peccatum hic eſt dubitatio:modus enim procedendi per viaȝ
huius denuntiationis exigit certitudinem peccati:non ſolum ap-
parentiam ſed dato quod appareant teſtes deponentes:per hoc ne
ceſſario non concluditur peccatum:poſſunt enim dicere falſum:⁊ li
cet dicant verum multe cauſe extrinſecus potuerunt accidere:quas
innoteſcere non poteſt denuntiatus.vnde cum agatur de pulſatio-
ne conſcientie ſue ſatis puto quod aliqua allegata iuſta cauſa .⁊ iu-
rato quod de illa non poteſt facere conſtare:vt quia non habet pro
bationes in prompto:vel illas perdidit quod ſtabitur eius iuramē-
to ſecundum qualitatem perſone aſſerentis ⁊ iurantis.⁊ hec ſit con
cluſio.¶ Venio ad tertium que ſit eius forma :dic priuata ciuilis
non habet formam monitionis:inquantum agitur in foro ciuili:li
cet ex vrbanitate ſeruari poſſet.ff.de ſeruitu.ruſtico.predio.l.quidā
iber⁹.In foro canonico bene exigitur monitio de qua loquitur hec
decreta.⁊ trina.⁊ ſaltem duarum vltimarum plena probatio.hec ve
ra quando ſit denuntiatio peccati in quo eſt ⁊ perſeuerat regulari-
ter.Fallit in matrimonio in quo eſt ſpeciale:vt valeat denuntiatio
abſq; monitione:vt no.docto.vt lit.non conteſta.capitulo primo.
ſuper gloſſ.vbi poſſunt ſpecialitates matrimonij:⁊ eſt gloſſ.de de-
ſpon.impube.ad diſſoluendum.Hec vera in crimine commiſſo: ſe-
cus ſi denuntiatio fiat propter committendum:quia non exigiī mo
nitio:vt not.gloſ.in dicto.c.ad diſſoluendum.Ad hoc de ſpon.tua.
licet de plano expediatur:vt hic in ſi.⁊ ſic ſummarie:⁊ ſine forma iu-
dicij:non tamen omittenda eſt veritatis indagatio ſecundum Ho-
ſtien.Item de plano expedietur quo ad dilationes:quia non dabū
tur ſic prolixe dilationes:nec recipientur ſicut ſi alio modo agereī:
⁊ omnia pendebunt arbitrio iudicis:⁊ debent conſideratis perſo-
nis cauſis ⁊ locis expediri.de tranſactio.c.fina.ſecundum hoſti.Itē
in hac cauſa examinatur ⁊ ſententia fertur.Item talis denuntiatio
eſt in ſcriptis porrigenda:⁊ quod lis ſit conteſtanda:vt pȝ ibi vtruȝ
iuſta ⁊c.ſecundum Hoſt.Idem puto vt ſententia ſit in ſcriptis fe-
68 renda.argu.cle.ſi.de verbo.ſignifica.¶ †Ad quartum quis ſit de-
nuntiationis huius effectus:dicunt corrigatur peccatum:res reſti
tuatur:⁊ leſus ſeruetur indemnis:⁊ de hac loquitur hic.nam ſecun-
dum Io.and.denuntiatio de qua agitur hic fuit iudicialis priuata.
69 ¶ †Ad vltimum in quo differt hec denuntiatio iudicialis ab euā-
gelica:⁊ in quo conuenit loquendo de iudiciali expedienda in foro
canonico conuenit in fine:quia in qualibet intenditur finis corre-
ctionis peccati:ſed in euangelica finis qeſcit in ſola correctione pec
cati:ex parte denunciantis non reſtitutionis directe rei:licet aliqū
ſequatur finis reſtitutionis rei quare aliter non poteſt penitere de
peccato:ſed hunc finem habet indirecte.Iudicialis habet fineȝ cor-
rectionis peccati:⁊ reſtitutionis rei:quia in hac intenditur partis i-
tereſſe priuatum:⁊ damnum ſi aliter penitere non poteſt: niſi de in-
tereſſe ſatiſfaciat.Differunt autem proſecutione : quia proſecutio
finis euangelice eſt vt habeatur pro publicano: vt ſonat autoritas
ſcilicet vt euitetur ſicut publicus peccator.vnde preciſe non cogitur
niſi indirecte abſtrahēdo ſacramenta:poſſet tñ in genere excōicari:
vt dixi ſupra argu.de offi.ordi.ſi ſacerdos.Sed in canonica iudicia-
li ꝑciſe cōpellitur:q2 excōicatur:⁊ īterdiciī:vt hic ⁊ de ap.nouit . Itē
euangelica competit pro peccato occulto;dum tamen occulte nun-
tietur:vt

tictur:vt dixi ſupra.iudicialis pro publico.Ad hoc dictuȝ.c.ſi ſacer
dos.Item in euangelica auditur quilibet.In hac ſolum cuius in⸗
tereſt.Item in euangelica proceditur abſq; forma iudiciali:cum ſit
fori penitentialis:in hac aliquis ordo iuris obſeruatur:vt patet ex
dictis.Item in euangelica admittuntur omnes teſtes et infames:
dummodo non ſint criminoſi.In iſta oportet quod teſtes ſint legi
timi:cum intendatur finis temporalis:ſm Inno.Item euangelica
admittitur in omni cauſa peccati.iudicialis habet locum ſolum in
certis caſibus:de quibus dictum eſt ſupra in ſecundo membro.Naȝ
non admittitur in omnibus in quibus cõcluditur peccatum:alias
periret temporalis iuriſditio:vt dicit Bartol.et Ioan.an.Errant
ergo qui dicunt denuntiationem euangelicam locum non habere:
vbi pro remedio habet locum concurſus iuris ciuilis licet peccatuȝ
arguatur:nec hoc hic dicit Ioan.an.in euangelica negat bene hoc
in iudiciali:non enim dicendum eſt quando ordinarius poſſit ad⸗
monere ſubiectum:contra quem poteſt agi de iure ciuili:ad penitẽ⸗
dum ſi peccat.Item nec dicendũ:quod non poſſit ipſum aut occul
te:aut publice:ſecundum qualitatem peccati habere pro ethnico:⁊
euitare:⁊ denegare ſacramenta:nec ob.ſi dicatur quod totus forus
ſecularis corrumpetur:quia hec via non eſt preciſa:quaquam enim
poſſit excommunicare in iudiciali:vel aggrauare:vt hic:nõ in euã⸗
gelica:ſed tantum vitare.item poſſet in genere excommunicare:nõ
in ſpecie.habebit ergo locum forus iudicialis:forte enim talia non
timebit peccator.Recurſus ergo erit pro iuſtitia ad forum ciuilem.
Item eſt differentia:vt dicunt hic doc.ſuper gloſ.quia in euangeli⸗
ca:licet non repellantur a denuntiando infames:⁊ mulieres: repel
luntur tamen criminoſi.in iudiciali vero:de qua loquitur decreta.
etiam criminoſi admittuntur:niſi ſint excommunicati.de excep.ex⸗
ceptionem:vel niſi alia exceptio legitima opponatur vt exceptio
ſpoliationis.de ord.cog.c.ſi.vel alia preiudicialis.⁊ hoc quia crimẽ
non repellit a ſuo proſequendo:cuius finalis intentus eſt huius de
70 nuntiationis iudicialis: non ſolum correctio peccati. ¶ †Venio
ad tertiam ſpeciem ſcilicet canonice.et quero quotuplex eſt:dic qđ
duplex:quedam generalis ⁊ publica:vt quando agitur de matrimo
nio diſſoluendo:vel eius impedimento.de ſpon.c. preterea.de clã.
deſpon.cum inhibitio.⁊ hanc iudex ex officio proſequitur: ſi denũ⸗
tians eam proſequi detractat.deſpon.cum in tua.in hac non requi⸗
ritur admonitio.vt no.glo.de deſpon.impu.ad diſſoluendum: ma⸗
xime quando fit pro peccato committendo vt ibi.Alia ſpecialis cõ
petens ſolum illi cuius intereſt habere bonum prelatum vel bonuȝ
eccleſiaſticum ſubditum:⁊ fit ad hoc vt quis de ſuo beneficio remo⸗
ueatur.xvi.q.vij.filijs.de offi.cuſto.c.j.⁊ requiritur triplex monitio
ſicut in iudiciali per eadem iura.de accu.qualiter.ij.de ſimo.lȝ heli.
⁊.c.per tuas.⁊ habet locuȝ ſuper criminibus perpetratis.ſi recipiũt
augmentum propter multiplicationem actuum:vel propter conti
nuationem iniurie:ſic quando quis perſiſtit in illicito contubernio
vel quando perſiſtit in iniuria rapine.de qua de iureiurando quẽ⸗
admodum.⁊ dicit Inno.qđ ſi denuntiare valens videt crimen cõ⸗
mittendum ⁊ non denuntiat qđ peccat:ſi delictum eſt commiſſum:
⁊ in eo perſeuerat.dicit qđ tanta poſſet eſſe denuntiandi oportuni
tas ⁊ tanta credulitas proficiendi qđ eſſet peccatum non denũtia⸗
re:licet non tantum:ſicut tacere crimen committendum.Si autem
eſſet graue denuntiantibus denuntiare vt quia debent propter hoc
abſtrahi ⁊ deſiſtere a ſuis negotijs:vel ſi hoc faciunt poſſunt incur⸗
rere inimicitias vel pericula aliqua non peccant:quamq; enim bo⸗
num ſit denuntiare:ad hoc quis non artatur ſicut nec ad alia opera
niſi quando ſic ſe offert oportunitas vel credulitas perficiendi.Sed
non credo qđ hec habeant locum in canonica:quia ad penam non
71 artatur aliquis ad denuntiandum. ¶ †Venio ad vltimam ſcilicet
ad regularem.dicit Ioan.and.qđ regularis ſecundum diuerſas re⸗
ligioſorum inſtitutiones expeditur de plano ⁊ ſimpliciter:nec con
tra eam appellatur.de appella.ad noſtram.⁊.c.reprehenſibilis.⁊.c.
cum ſpeciali.§.vltimo.de materia huius vide in ſpecu.de denunti.
§.ij.verſicu.vt autem ibi nihil plus dicit:ſed ſimpliciter recitando
tranſit.dicit Innoc.hic de alia denuntiatione mentionem faciunt
canones que non eſt modus agendi per ſe:ſed precedit accuſationẽ
vel denuntiationem.et de hac loquitur.ij.q.vij. quapropter.⁊.c.ſe⸗
quen.⁊.c.accuſatum.⁊.c.ſequen.j.de accuſa.c.ſi.⁊ de calum.c.ſi.et in
multis alijs.⁊ de hac que etiam a iure autenticoruȝ fuit inuenta:vt
in auten.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis.⁊.§.neceſſitatem.⁊.§.
ſe.modicum agimus:quia non eſt modus agendi plene ſecundum
Innocen.nec neceſſarius ſed fit ex vrbanitate quadam.ff.de ſeruitu
ti.ruſtico.predi.l.quidam yberus.Aduerte tamen quod illa denun
tiatio habet vnum effectum quod vbi reus in iudicio veniret ⁊ con
fiteretur:alias nõ damnaretur in expẽſis libelli ⁊ citatiõis.ſed ſi añ
eſſet requiſitus ⁊ denuntiatus quantumcunq; confiteretur debituȝ
damnaretur in expenſis citationis ⁊ libelli:vt dicit Guiliel.de cug.
in.l.omnes.C.de epiſco.⁊ cle.¶ Venio ad glo.glo.prima ponit ca⸗
ſum.in ſi.prelatus autem mandat quod ſententiam quam ferre con
tigerit obſeruent.alias comminatur quod eos de negligentia pu⸗
72 niet ſecundum Ioannem and. ¶ †Oppo.cum gloſ.ij.quod ſe in⸗
tromittit de temporali iuriſditione vt patet infra titu.proximo.li
cet.⁊.c.ſequen.glo.dicit quod regulariter ſe non intromittit.Exci⸗
pit duos caſus. Primus quando iudex eſt negligens. Secundus
quando vacat imperium.Alios addit hic Innocẽ.ſed de his ⁊ alijs
videbitur in.d.c.licet.⁊.c.ſeq.et infra de foro competen.cum ſit.⁊.c.
ſi clericus. Sol.in verſi.ſed videtur oppo.quod papa habet vtrũq;
gladium.xcvj.diſtin.duo ſunt.de maio.⁊ obedien.ſolite. Secundo
quia iura celeſtis ⁊ terreni imperij a deo pape tradita ſunt.xxij.di⸗
ſtin.c.j.Tertio quia habuit autoritatem euangelij ecce duo gladij
ſunt hic quos tranſtulit ad ſucceſſores.xl.diſtin.c.j.glo. allegat pro
⁊ contra.⁊ quod habeat vtrunq; faciunt preallèg.in contrarium eſt
hec decre.xcvj.diſtin.cum ad verum.de appel.ſi duobus.qui fil.ſint
legitimi.cauſam.⁊ quia imperium ⁊ ſacerdotium a deo fuerunt in
auten.quomodo oportet epiſ.in princi.coll.j.¶ Gl.cõcludit quod
papa habitu habuit et habet vtriuſq; gladij poteſtatẽ.⁊ in hoc im⸗
perium dependet a poteſtate pape:tamen executionem tranſmiſit
chriſtus ⁊ eccleſia in imperatorem quo ad gladium temporalẽ.Ali⸗
quando enim illã exercuit per ſacerdotes.xi.q.j.relatum.⁊ illam eo
tranſlato exercere non poteſt:quia quedam poſſumus in alios trãſ
ferre:que nobis non licet retinere.xij.q.ij.quatuor.xi.qõne.iij.te qui
dem.Concluſionem hanc communiter canoniſte tenent.adducit
Ioan.Io.xviij.Conuerte gladiuȝ in vaginam:⁊ inducit Ioan.an
dree.illud Ber.ad Eugeniũ.Aggredere ſubditos ſed verbo et non
facto quid vſurpare gladium tentas quem ſemel iuſſus es impone
re in vaginam.⁊ infra ad Thimotheum.iij. oportet epiſcopum nõ
eſſe percuſſorem.vnde fatenduȝ quod miniſter noui teſtamenti eſt
miniſter manſuetudinis:⁊ ſacramenti vnitatis. Sacramentum ve⸗
ro altaris repreſentat vnionem chriſti ⁊ eccleſie quaȝ ſignificat vnio
anime ad corpus:quia ſicut anima viuificat corpus ſic chriſtus per
ſacramentum viuificat eccleſiam.Ideo executio gladij temporalis
qui diuidit animam a corpore penes miniſtrum ſacramenti vnita⸗
tis eſſe non debet.dicit ergo Ber.vbi ſupra gladiũ temporalem ha
bet papa nutu.Imperator iuſſu:miles vſu:vel manu:⁊ hoc innuit
extrauagã.Bonifacij vnam ſanctam.de hac materia qui ſi.ſint legi
timi.cauſam.per Hoſtien.eo.titu.per venerabilem.§. rationibꝰ.vi
de plene per Inno.j.ti.j.licet per Io.xx.diſt.qm.xxij.diſ.c.j.xcvj.di.
cũ ad verum.⁊.c.duo.ij.q.vij.§.his ita reſpondetur.xxxviij.diſt.epi
ſcopus gubernatorem.de priuil.c.ij.in.j.gl.de maio.⁊ obe.ſolite.qđ
papatus habeat habitu iuriſditionem temporalem tenet Ioan.de
ligna.quia in habentibus ordinem in vniuerſo impoſſibile eſt duo
eque eſſe perfecta.Imperator ergo:quia non eſt maior nõ erit equa
lis.Item quia multitudo principatuum eſt mala.Item quia impe
rator dominus temporalium papa ſpiritualium ⁊ temporaliuȝ in
finem ſpiritualiuȝ.j.q.iij.ſi quis abiecerit.ſicut ergo anima domina
tur corpori:ſic papa imperatori.Iteȝ quia principatus pape eſt in⸗
fuſus a deo.xxxj.diſt.in nouo.principatus temporalis ab homine.
xciij.diſt.legimus.ergo principatus dei eſſe debet ſupra principatũ
hominis.Item chriſti dei vicarius ſicut deus hanc omnimodã ha⸗
bet poteſtatem:quia vicarius idem conſiſtorium habet cum ordi⸗
nario.de conſue.c.ij.de foro compe.Romana.lib.vj.item principa⸗
tus optimus eſt vbi vnus principiatur.ij.politicorum.⁊ iconomi⸗
corum.vnus ergo princeps in orbe.item quia ſic eſt in regimine cele
ſti.nobiliſſimum eſt ergo regimen ſpiritualium ergo ab illo depen⸗
73 det imperium.Ioan.de lig.¶ †Glo.in verbo directe oppo.qđ imo
hic iudicet de feudo.cum eum compellat ad reſtitutionem cũ ipſuȝ
compellat ad emendandum peccatum.glo.dicit qđ non compellit
directo ad reſtitutionem feudi:nec de illo feudo iudicat ſed tantum
eum inducit ad penitentiam.⁊ de peccato cognoſcit in ꝯſequentiã
eum coget reſtituere feudum ex quo aliter penitere non poteſt.⁊ hec
fuit mens litere.Hoſtien.dicit qđ etiam vt cognoſcat de feudo po⸗
tuit hic adiri papa ⁊ excuſatur eius proceſſus:quia rex Frãcie volebat
eſſe iudex in cauſa huius feudi.qđ non licet.C.vt nemo in cauſa pro
pria.l.j.⁊ nolebat cauſam iudicari per pares:quoruȝ iuriſditioni ſe
ſubmittere non volebat.Et volebat rex Francie per curiaȝ ſuã me⸗
rito illi ſuſpectam audiri:fuit ergo ad eccleſiam recurrendum.in au
ten.vt diſ.iudi.§.ſi vero cõtigerit.col.ix.So.excuſatur proceſſus:quia
hic tractabatur de violatione iuramẽti ⁊ pacis.⁊ hinc innuitur pa⸗
pa.alias quãcunq; vaſallus committeret feloniam cõtra dominũ.et
quãcunq; iniuſte damnaretur:haberetur recurſus ad iudicẽ eccleſia⸗
ſticum:nec tamen hoc caſu dicit omnino denegandã audientiã.nã
eſſe poſſet quod iniuſte ⁊ inique proceſſum eſſet.⁊ hoc ratione peccati
examinare poſſet eccleſia ſummarie:⁊ ſcdm qđ inuenerit admittere
vel repellere talem.ar.C.de adul.l.quoniã Alexandrũ.C.de adul.l.
74 vbi.⁊ qđ no.de of.deleg.paſtoralis.§.quia vero. ¶ †Nota qđ pro in⸗
iuſtitia ſentẽtie habetur recurſus ad papã.vel per viã denuntiatio
nis qđ ſatis puto:quãdo acquieuit timens appellare ob tyrannideȝ ſu⸗
perioris:ſecus ſi ſñie acquieuiſſet:quia põt ex hoc cõſciam ſuam quali
75 tercunq; excuſare ſñiam obtinẽs. ¶ †Oppo.qđ ad ipm nõ ſpectet
cognitio etiã ſuper iure feudi:ſed ad pares curie.vt.ſ.e.ceterũ.⁊ qđ
ibi no.So.dicit glo.qđ ad dñm ſpectat cognitio:quãdo qđ eſt inter va
ſallos:ſecus ſi inter ipm ⁊ vaſallũ.forte eñi hic erat qſtio inter vaſal⸗

los vel hoc dicit ipſum.i.curiam ipſius ſub qua comprehenduntur
pares qui cenſetur eſſe curia ipſius regis vel erat infeudatus in iu-
riſditione. ¶ Glo.ſequens colligit duo notabilia. Ad primuȝ facit
de conſue.c.iij.lib.vj. Ad ſecundum de preben.cuȝ in eccleſijs.li.vj.
76 ¶ † Oppo.cum glo.in verbo quicunqꝫ.qđ non liceat allegare.l.ab
rogatam.C.de ve.iur.enu.l.ſi.§.hec omnia.xix.diſt.ſi romanorum.
dic qđ lex abrogata poteſt allegari non vt ius faciat:ſed vt ipſi ha-
beatur notitia vt oſtendatur quantam dilectionem habuit p̄nceps
ad eccleſiam vel ſecundo licet lex ſit ſic ſublata ratio motiua legis ⁊
naturalis non eſt ſublata que allegari poteſt.l.eas.ff.de capi.di.vel
dic qđ princeps arguit ex lege abrogata.C.de conſti.pec.l.ij.§.⁊ ne-
minem.non inferior a principe vt ibi:vel dic qđ hic lex tranſiuit in
contractum vel priuilegium non ſuppoſiti vt eccleſie:ideo poteſt re
uocari ad preiudicium nō ſubiecti:ſecus ſi non tranſiuit in contra-
ctum vel priuilegium vt in contrario ſecundum Inno.⁊ idem Ar-
chi.xi.q.i.quicunqꝫ.alleg.C.de dona.que ſub modo.l.perfecta.xcij.
q.ij.non enim.⁊ no.de dona.c.ſi.ad hoc.l.ij.ff.de decr.decur.⁊ quod
no.ff.de iuſtit.⁊ iur.l.omnes populi.⁊.C.de iure immu. Idem dici-
mus de ſtatuto vt non reuocetur ſi tranſiuit in priuilegium vel con
tractum.vt no.de reli.do.cōſtitutus.de or.cog.dilectus. Ideȝ dicit
archi.qui ad literam ponit dictum Inno.xi.q.i.quicunqꝫ.⁊ no.idē
de elect.licet canon.lib.vj.dixi non ſubiecti pro tanto qꝛ bene reuo-
caret ſtatutū ad preiudicium ſubiecti.vt no.de iureiuran.in noſtra.
poſt Inno.an ⁊ quando lex abrogata poſſit allegari.dixi in.j.cōſti.
vbi Io.an.⁊ per archi.in.c.frequens.de reſti.ſpo.lib.vj.⁊ aliquid de
conceſ.preben.autoritate martini.⁊ per Bar.in.l.j.ff.de coniungē.
cum eman.li.per Hoſtien.in ſumma.de immu.ec.§.inquantuȝ ſub
§ ſed nec illi immunitas.verſicu.ſed nec credendum.⁊ ſequentibus.
77 ¶ † Ultimo glo.querit an ſicut recipit legem pro ſe papa:ita reci-
pere teneatur contra ſe.dic qđ no.x.diſt.lege aſſignat cauſam Inno
cen.qꝛ eo qđ lex eſt facta ad cōmodum eccleſie.ligat eccleſiam:qꝛ ap-
probatur per canones.x.diſt.ſi in adiutorium.Concluſio eſt qđ vbi
lex cōmunis vel cōſuetudo particularis editur ad vtilitatem eccleſie:
ligat eccleſiam:niſi expreſſe ab ea reprobetur lex ſiue cōſuetudo par-
ticularis nō ligat eccleſiam inquantum diſpoſuit ad eius incōmo-
dum niſi expreſſe ab eccleſia approbetur ſtatutum autem locale:ſiue
ad cōmodum ſiue ad incōmodum eccleſie edatur nō ligat eccleſiam
niſi expreſſe approbetur.ſ.de conſti.eccleſia. Patent due prime cō-
cluſiones.x.di.per totum.xxxvij.di.ſi quid veri.⁊.c.ſe.ad ſi.de priui
le.c.ſi.de no.oper.nunti.c.j.⁊ de cōſue.c.j. Tertium probatur per.c.
eccleſia.⁊.xcvj.di.bene quidem.⁊ de cōſti.que in eccleſiaruȝ. Has po
nit Inno.hic.⁊ Hoſtiē.de ſol.c.ſi.archi.x.di.lege.lxiij.di.in ſinodo.
⁊ no.viij.di.quo iure.⁊ no.ideȝ archi.xj.q.j.quicunqꝫ.vbi eſt hec lex
⁊ ſecūdum hoc plus operatur cōſuetudo quam ſtatutum.ratio pōt
aſſignari ex his que habentur.de ſi.inſtr.cum.p.tabellio.nec ob.qđ
teneatur recipere cōtra ſe qđ approbat ꝓ ſe.iiij.q.iij.ſi qs teſtib⁹:qꝛ
hoc ſpeciale in fauorē eccleſie:ideo in eius leſionē retorqueri nō dȝ
78 C.de legi.qđ fauore.vel dic vt no.de hereti.fraternitatis. ¶ † Glo.
ſignat cōtrariuȝ in verbo corripere.ff.de peti.here.l.hereditatis. Il
la concordat:dicit enim ⁊ eſt notabilis caſus qđ ad iudicem eccleſia
ſticum pertinet:licet nulla actio cōpetat compellere heredem vt fa
ciat ſepulchrum defuncto.⁊ in hoc poteſt arctare heredem. Concor
dat enim inquantum hec decre.dicit iudicem eccleſiaſticum habere
iuriſditionem ⁊ diſcordat inquantum negat:ſed ſpecialis eſt caſus
quia hic eſt actus pius ſcilicet ſepulture ſicut ⁊ in alijs pijs recurrit
ad eccleſiam.vt no.glo.de teſtamen.cum eſſes. Nam quando contra
pietatem naturaleȝ agitur iudex aditur eccleſiaſticus.⁊ in hoc cedit
lex canoni.ad hoc.de emptio.⁊ vendi.c.ij.de eo qui du.in matrimo
niū cum haberet.j.de iureiurando.cum quidam.⁊.c.quintauallis.
79 ¶ † Oppo.qđ non ſemper peccans puniatur.nam colligens oliuā
inmaturam peccat:⁊ tamen non punitur.ff.ad.l.aquil.ſi ſeruus ſer
uum.§.ſi oliuaȝ.dic qđ immo ſatis punitur:quia colligendo imma
turam tenetur ad damnum:colligens maturam perdit expenſas.⁊
reſtituere tenetur oliuam collectaȝ domino.de malo animo nō pu-
nitur:quia lex aquil.reſpicit damnum qđ hic non eſt:ex quo colle-
80 cta eſt matura. ¶ † Glo.pen.querit qualis erit hic proceſſus:dicit
glo.qđ erit de plano:non in forma iudicij:ſed in formam denuntia-
tionis.ſic.ij.q.iij.abolitio.vel de plano.i.ſine ſtrepitu iudicioruȝ.de
accu.olim.⁊.c.ſicut.⁊.j.de ſta.mona.c.ſi.vbi de hoc. Dicit Hoſtien.
qđ prime expoſitioni eſt ſtanduȝ:quia hic loquitur in denuntiatio
ne iudiciali in qua procedendum eſt de plano:ſed non eſt examina-
tio veritatis obmittenda.vt dixi.ſ.quaſi dicat nō ergo excluditur
81 ex toto forma iudicij qđ vult prima expoſitio. ¶ † Quero que exce-
ptiones admittantur contra denuntiationem.dicit glo.qđ obijci-
tur ⁊ admittitur exceptio criminis.⁊ hoc ſiue proſequatur iniuriaȝ
ſuam ſiue non:cum in moduȝ denuntiationis agat repellitur:quia
non moueretur bono zelo ad correctionem alterius.iij.q.vij.qui ſi-
ne.⁊.§.porro.cum concor.de quo remittit.ij.qđ.j.ſi peccauerit. Tu
dic qđ in canonica ⁊ euangelica procedit glo. In euangelica tamen
admitterentur infames de crimine emendati.vt no.hic Ioan. Uin
cen.⁊ Innocen.⁊ no.ij.q.j.ſi peccauerit.⁊ de teſti.in omni. In iudi-
ciali vero de qua agitur.hic dicit Hoſtien.quod etiam criminoſus
auditur niſi opponeretur excommunicatio.de excep..vel ſpoliatio
ſiue depredatio.de ordine cogni.cum dilectus.⁊.c.fina.vel alia pre-
iudicialis exceptio.putat etiā quod hec denuntiatio ſit in ſcriptis
porrigenda.⁊ quod ſit lis conteſtanda vt patet in verbis ſuperiori-
bus ibi.vtrum iuſta ſit.

1 ☞ Aſſertio reſponſio debet fieri in iudicio per ipſas partes non
autem per aduocatos partium.nu.ſeq.nec ex hoc videtur aduocati
officium excluſum.nu.4.
2 Lis conteſtata eſſe cenſetur per ipſum dominum quando aduo-
catus preſente clientulo et non contradicente proponit aliquid in
iudicio .
3 Furioſus licet eſſe non poſſit in iudicio poteſt tamen eſſe indiſcre-
ta perſona ſed debet factum proponere per alium diſcretum.
4 In reſponſionibus partiuȝ ad poſitiones poſſunt aduocati inter-
eſſe ne cauilloſa exceptione vel oppoſitione obſcura clientulus ca-
piatur.
5 Facta quare ſint quandoqꝫ per principales partes proponenda in
iudicio nō tamen per ipſos aduocatos.nu.1.
6 Que ſint perſone que litigare poſſunt in iudicio per procuratoreȝ
vt nō teneantur perſonaliter reſpondere ⁊ perſone que in iudicio ꝑ
ſe ſtare nequeunt quō per procuratorem admittantur.
Luxurie crimen eſt maius in muliere quam maſculo.
7 Prodigis vel luxurioſis dātur curatores ex eo quia intereſt reipu-
blice ne quis re ſua male vtatur ac ſimiliter principis intereſt vt ha
beant ſubiectos locupletes.

**PAſtoralis.** ¶ Primo ſtatuit. Secundo a ſta
tuto vnam cauſam excipit.⁊ nō ſu
1 matur propter breuitateȝ. ¶ † Nota primo qđ facti nar
ratio in iudicio debet fieri per principales perſonas:⁊ ſi-
militer reſponſio.⁊ ſic conteſtatio litis non habet fieri per aduoca-
2 tos. ¶ † Si tamen aduocatus proponeret preſente clientulo.⁊ non
contradicente.⁊ ſimiliter aduerſarij aduocatus reſponderet:poſſet
dici conteſtationem fieri ſicut enim aduocati confeſſio preiudicat
clientulo.de appel.cuȝ cauſam. Ita ⁊ interrogatio ⁊ reſpōſio.⁊ hoc
vbi conceditur per iudicem.vt per aduocatos factum proponerent
qđ fieri poteſt.vt no.Ioan.an.de proba.in preſentia.in verbo ꝓpo
3 ni. ¶ † No.ſecundo qđ licet furioſus non poſſit eſſe in iudicio.ff.de
re iud.l.furioſo:poteſt tamen in iudicio eſſe indiſcreta perſona.ſed
debet factum proponere per alium. Ad declarationem facti dicit
Hoſtien.qđ epiſcop⁹ elien.inter alias conſultationes inſeruit quo
modo cauilloſi aduocati:deum non timentes:⁊ homines non reue
rentes auertebant clientulos a propalanda veritate non ſuſtinētes
qđ clientuli ſine ipſis aliquid de facto proponerent.⁊ huic facto pa
4 pa medetur. ¶ † Oppo.ſecundum hoc excludetur procuratoris of
ficium ⁊ aduocatorum contra totum titulum.de procurato.et de
poſtulan.dic qđ non intendit excludere vſum procuratoris:ꝑ quos
etiam poteſt lis conteſtari que ſit narrando ⁊ reſpondendo de litis
conteſt.c.vno.ſed hoc intendit qđ proſequens cauſam ſiue ſit domi
nus ſiue procurator habet factum narrare ſecundum Inno.pet.ab.
Hoſti.⁊ egi.dicunt tamen qđ decr.nō ſeruatur.non excluditur etiā
aduocati officium quia habebit formare libellum apte.alias re-
pelletur.ff.ſi menſ.fal.mo.di.l.j.⁊.j.c.examinata. Idem in exceptioni
bus ⁊ poſitionibus formandis ſm Gof.⁊ Hoſti. Sed in reſponſio-
nibus ad poſitiones poterit intereſſe vt caueat ne cauilloſa exceptio
ne vel poſitione aut obſcura aut duplici cliētulus capiatur:⁊ ſic in-
telligitur ſm Hoſtiē.ff.de adul.ſi poſtulauerit.§.queſtioni.ff.de of-
fi.proconſu.l.nec quicꝙ̄.§.aduocatus. Ad ea vero que ſunt facti in-
terrogati.vt in lit.cōte.vel poſt. Reſpondebunt principales.etatē
enim habent de ſe loquantur.de con.di.iiij.cum pro paruulis.⁊ ipſi
principales aduocatos inſtruent in veritate facti in quo ius poſitū
5 eſt.ff.ad.l.acquil.ſi ex plagis.§.in clino. ¶ † Ex quo aduocati ꝓpo
nerent ius vtiliter ⁊ honeſte non opprobrioſe vel ſub dolo.C.de po
ſtu.l.quiſquis.Hoſtiē. Ratio autem quare per principales ꝑſonas
factum eſt proponendum:eſt qꝛ ⁊ per principales iuratur de calū.ff.
de iura.calū.autē.principales:⁊ qꝛ melius de facto ſuo preſumūtur
ſcire veritatē quam aduocati vel extranei.de reſcrip.ab excōmuni-
cato.cum cōcor.veritas autem ab his qui melius ſciunt inquirenda
eſt.de electi.ſcriptum:qui ma.accu.poſ.videtur.de teſti.preſentiuȝ.
lib.vi.ſm Hoſtien. ¶ Opp.qđ per alios reſpondere poſſit quis in
iudicio.ff.de ꝓcura.nō ſolum.ff.qđ cuius vin.l.j.⁊.l.item corū. Sol.
dic qđ quedam ſunt perſone que poſſunt litigare per ſe:eligunt liti-
gare per ſe:⁊ debent factum ꝓponere nō per aduocatum.vt hic ſi eli
gunt litigare per ꝓcuratorem ⁊ poſſint.⁊ ideȝ in eis qđ in principa
6 libus dixi. Ad hoc reducuntur aliqui caſus glo. ¶ † Quidam ſunt
qui nō poſſunt litigare per ſe:ſed habent litigare per ꝓcuratorem:
⁊ tunc principales nō arctantur ad ꝓponendum factum:qꝛ nō poſ
ſunt:ſed tunc procuratores ſunt principales perſone que habent li
tigare per alium. Gl.dicit qđ regulariter ꝓcedit tex. Fallit in caſib⁹.
Primus quando quis ad reſpōdendum tenetur pro alio ratiōe of-
ficij.ff.de

ſicij.ff.de procura.l.non ſolum. Secundo fallit in vniuerſitate que
habet reſpondere per alium ſecundum glo.vt dicta.l. Item eorum.
⁊.l.j.non obſt.ſecundum Innocen.qđ vniuerſitas per ſe iuret de ca-
lum.l.ij.§.etiam.C.de iura.calum.dicit Innocen.qđ licet per ſe iu-
ret.vt timore iuramenti litē calumnioſam dimittat tamen per aliū
reſpondet vel ſecundū eū vniuerſitas non iurat per ſe:ſed per aliū
nec obſt.l.predicta:quia iurante ſindico vniuerſitatis vel collegij:ꝑ
conſequens ipſa vniuerſitas iurare intelligitur.ff.de adminiſtrati.
tu.l.ita tamen.§.geſſiſſe.de regu.iur.qui per alium.lib.vj.de quo.j.
de iura.calum.in pertractandis:nec mirū ſi per alium qui litem cō-
teſtatus non eſt iurare poteſt vniuerſitas cum regulare ſit qđ princi
palis iuret.⁊ tamen per alium reſpondere poteſt vt per procurato-
rem qui fuit litem conteſta.vt in auten.principales.C.de iura.calū.
ſecundum Innocē.Idem tenuit Accur.in.d.l.ij.ſed alternatiue lo-
quitur qđ vel curabit ſindicus vel maior pars adminiſtrantium ci-
uitatem vel vniuerſitatem:alias abſurdum foret totam vnam ciui-
tatem vel magnam vniuerſitatem venire ad iurandum ſecundum
glo.ibi Cy.tenet qđ ſi vniuerſitas habet ſindicum vel iconomum iu
rabit per illum:ſi non habet ſindicum vel iconomū iurabit maior
pars vniuerſitatis vel adminiſtratorum vniuerſitatis.Idem Bar.
ibi.Idem dicunt docto.vt per alium reſpondere poſſint in pluribꝰ
fideiuſſoribus ⁊ heredibus vnius.ff.iudi.ſol.l.iam tamen.⁊ in pluri
bus exercitoribus eiuſdem nauis.ff.de exerci.l.j.§.ſi.Tertius eſt ca
ſus ſecundum glo.in excommunicato qui poteſt ⁊ debet per alium
reſpondere.ꝫ.eo.intelleximus.hic puto vt per procuratorē:ſed nō
per aduocatum reſpondebit ad factum:ſcilicet vel ipſe vel procura
tor:vnde caſus non recte excipitur:⁊ idem in caſu precedenti:qꝛ per
hoc vniuerſitas non reſpondebit per aduocatum:non enim fuit li-
tere intentus excludere officium procuratoris ſed aduocati tantū.
vt dixi in tex.⁊ ſic non recte excipit iſte caſus.Quartus caſus in epi
ſcopo qui litigat per aliū.v.que.iij.quia epiſcopi:ſed hic caſus nō
congruit vt precedens non enim litera excludit procuratorem.de
quo ibi.Item illuſtres.ff.de procu.l.ſi.nec hic recte excipitur.Item
indiſcreti:ſic ergo erit caſus in quo aduocatus reſpondebit ⁊ admit
titur ad proſequendam inſtantiam.licet non habeat mandatū ad
litigandum:ſed eo qđ preſens eſt factum ab aduocato interpretabi
tur factum a domino.Idem dicit glo.de furioſo ⁊ prodigo muliere
luxurioſa:caſus furioſi nō recte excipitur:qꝛ litigabit per curatorē
qui curator reſpondebit per ſe vel per procuratorem. non per aduo
catum qđ dicit de prodigo procedere poſſet:qꝛ ſatis comprehendi-
tur appellatione indiſcrete perſone:ſimiliter ⁊ qđ dicit de luxurio-
ſo id eſt prodigo:qꝛ exponi poteſt de luxurioſa id eſt prodiga.ff.de
damno infe.l.ex damni.in ſi.j.reſpon.cum ſuis cōcor.de quo in ſpe.
de actore.ver.Item opponitur contra actorem.⁊ ver.ſe.vbi tangun
tur.An viro luxurioſo detur curator ſicut mulieri ⁊ qđ mulieri def
patet.inſti.qui.te.ſa.poſ.§.prodigus.⁊.§.mulieri.ff.de priuile.cre.
l.dabimus.de poſtu.l.j.§.ſi.⁊.l.ſeq.de maſculo dicit ibi ſpe.qđ nō da
bitur curator.Ideo enim magis datur mulieri quā maſculo:qꝛ in
ea magis ardet ſtimulus carnis ⁊ magis opprobrioſum eſt amicis
⁊ generi:ſi mulier fornicetur quam maſculus.Item ſexus mulierū
magis fragilis ⁊ debilior eſt.Item litigat per alium religioſa.j.e.c.
ij.lib.vj.Et ex predictis patet ſecundum Hoſti.qđ illud priuilegiū
per aliū habent aliqui aliquando propter dignitatem.aliqui ꝑpter
fragilitatem vel indiſcretionem.alij propter multitudinē:alij pro-
pter delictum breuiter ſecundum eum quicunqꝫ ſeipſum regere nō
debet vel neſcit:ſiue ex delicto vel alio modo hoc cōtingat:debet et
poteſt per alium talia expedire.de eta.⁊ qua.c.ij.⁊.iij.niſi forſan tan
tum ſit delictum qđ omnis audientia negetur.xxiij.diſt.in nomine
ad ſi.iij.q.j.§.patet.xxiij.q.v.non nos.xxj.diſ.in tantum.xvj.q.vij.ſi
7 quis deinceps.alꝰs ſemper audiendus eſt.†nec cōſideratur in hoc fa
uor delinquētis:ſed reipublice cui expedit ne quis ſua re male vta-
tur.inſti.de his que ſunt ſui vel alieni iuris.§.ſed hoc tempore.In-
tereſt enim principis vt habeat ſubiectos.in autē.vt iudi.ſine quo
quo ſuffragio.§.cogitatio.coll.ij.alꝰs oportet qđ ꝑncipalis ex quo
per ſe agit vt per ſe reſpondeat.remittit ad no.per eum in ſum.e.ti
tu.§.que ſunt neceſſaria.ſub.§.vtroqꝫ.ver.ſi autem vtraqꝫ pars.et
ſe.de poſtu.verſi.quid pertinet.ſecundum Hoſtien.⁊c.

1 ☞ Libello ineptam petitionem continente in iudicio per acto-
rem propoſito ſeu actione reus abſoluitur ab inſtantia iudicij.
2 Actio rei vendica.eſt debilis pro rebus corporalibus tamen exigit
dominium ex parte agentis.
3 Actio confeſſoria ⁊ negatoria que ſit cuiqꝫ et contra quem cōpetat.
4 Actionem licet quis in libello nō arcetur exprimere tamen ſi ine-
ptam exprimat ſuccumbit in inſtantia iudicij.
Inſtantia iudicij ſi quis ſuccubuerit propter propoſitionem actio
nis inepte nō tamen alio iudicio impeditur quominus poſſit aptā
petitionem pro eadem re proponere.
5 Actio rei vendicationis poteſt competere pro re corporali ratione
rei incorporalis vt in iure patronatus qđ habet quis in eccleſia pōt
patronus vendicare ipſam eccleſiam.
6 Sequeſtri actus cadit in re corporali pro iure incorporali in ea cō-
petenti.
7 Libellum non habet iudex incontinenti lacerare ratione ineptitu
dinis occulte que delegatur in probationibus.
Fallit quando ineptitudo eſt aperta.
8 Sententia ſuper petitione inepta quō formari debeat.
9 De vna actione licite ad aliam poteſt quis tranſire licet in prima
ſuccubuerit.
10 Sententia ab inſtantia ſeu obſeruatione iudicij debet cauſam in ſe
continere alias non valet.
11 Patronus quomodo habet aliquam poſſeſſionē in eccleſia ratio
ne iuris patronatus vt poſſit ipſam eccleſiam vendicare.nu.5.
12 Probatio non eſt admittenda ſuper inepta petitione ⁊ ad hoc ſo-
let allegari quod fruſtra quis admittitur ad ꝓbandum quando ꝓ-
batum non releuat.
13 Preſentare quomodo poteſt is apud quem ſequeſtrum factum eſt.
14 Iuris exercendi poteſtas quomodo dicatur eſſe quandoqꝫ penes
eum penes quem eſt poteſtas fructus colligendi.
15 Sequeſter quis eſt.
16 Sequeſtrum an fiat ab vno.
17 Actio confeſſoria vel negatoria datur poſſidenti ius vel rem ⁊ alte-
ri ius neganti ad tuitionem ſui iuris ⁊ ad reiectionem turbationis
libertatis aut iuris datur etiam confeſſoria poſſeſſori ne inquiete-
tur ⁊ hoc cum eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis ⁊ cui alias ſeu aduer
ſus quem ac pro quo competant dicte actiones.nu.21.
18 Actio rei vendicationis datur poſſidenti contra ſolummodo de-
tinentem.
19 Sequeſtrario ſpoliato ſuo ſequeſtro an competat actio rei vendi-
cationis pro ſequeſtro recuperando.
20 Sequeſtro facto an dicatur perdere poſſeſſionem rei ſequeſtrate is
qui poſſidebat vt in dubio preſumatur poſſidere is apud quem ſe-
queſtrum eſt factum ⁊ que actio competat contra ſequeſtrarium ꝓ
ſequeſtro habendo.
22 Libellus ex quibus ineptitudinibus poſſit vitiari et quomodo li-
bellus alias ineptus poteſt ſubſtentari per hec verba adiecta vide-
licet peto predicta omni iure modo et forma quibus melius poteſt
⁊ debet.nu.ſeq.
23 Actio ex quibus poſſit dici inepta ⁊ impertinens.
24 Sententiandum quando ſit per iudicem ſuper libello inepto.
25 Sententia ſuper libello inepto quomodo formari debeat.
26 Sententie effectus ſuper libello inepto qualis ſit.
27 Sententiari an poſſit per iudicem libello intentato et formato in
actione depoſiti vbi tantum probatur commodatum etiam confeſ
ſione partis.
28 Condemnatio an poſſit ſequi ſi peto fundi medietatē ad me ſpe-
ctare pro diuiſo et aliam fundi medietatem ad me ſpectare pro in-
diuiſo.
29 Delegati iuriſditio ex quo durat vſqꝫ ad annum an facta abſolu-
tione ab obſeruātia iudicij propter ineptitudinem libelli perima-
tur dicta iuriſditio vt non poſſit cognoſcere ſi poſt apta propo-
nantur.

1 Examinata. ¶ †Si actor ineptām actionem
proponit reꝰ abſoluitur ab inſtā-
tia iudicij:ſi poſtea aptam proponat reus reſpondere co
gitur.Diuiditur in.iiij.partes.In prima pronuntiatio
nis ratio.In ſecunda ipſius rationis declaratio.In tertia pronun
tiatio.In quarta proteſtatio.Secunda ibi.Quia cum.Tertia ibi
2 Unde.Quarta ibi ita tñ. ¶ †Premittitur quod eſt dare rei ven.
que cōpetit pro rebus corporalibus.⁊ hoc exigit dominiū ex parte
agentis.ff.de rei vendi.l.in rem:poſſeſſionem aut detentionem ex
parte conuenti.ff.de rei vend.lege officium.⁊ lege qui reſtituere.no
ta in lege prima.C.de aliena.iudi.mutan.cauſa facta.in ſpeculo.de
3 ceſ.actio.§.primo verſicu.Item quid ſi mihi cedis. ¶ †Secundo
quia incorporalibus datur quedam realis ad inſtar corporalium:
que appellatur confeſſoria aſſerenti ſibi ius eſſe ⁊ negatoria negan
ti ius eſſe in re:de quo hic in glo.⁊ de verborum ſignificatio.abba-
te.vbi per Innocentium.et de cauſa poſſeſ.cum ſuper.et capitulo
cum eccleſia ſutrina.hec datur contra poſſeſſorem ad reſtituendum
et datur contra non poſſeſſorem turbantem vt deſiſtat a violentia
vel turbatione.⁊ ſic in hoc habet naturam diuerſam reali pro re cor
porali:quia iſta datur tantum ad reſtituendum poſſeſſionem vel
detentionem.hec datur ad reſtituendum et ad non turbandum.et
ex hoc concluditur quod hec datur poſſeſſori:illa demum non poſ-
ſeſſori.ff.ſi ſeruitus vendicetur.lege ſicuti.§.ſed ſi queratur.et lege ſi
forte.§.primo et nota gloſſa hic.et in capitulo cum eccleſia.de cau-
ſa poſſeſſio.ff.ſi ſeruitus vendicetur.lege ſi forte.§.primo. ¶ Ter-
tio premitto quod ſecundum glo.decre.habet duas lect.vna quod
hic agebatur confeſſoria.alia quod rei ven.ſecundum primā quod

ageretur rei vendi.fuit inepta actio ⁊ intentio ſecundum ſecundā
ſola intentio:quia actio erat apta. ¶ Caſus proſequendo vtranq̄
lectu.gloſ.Dum eſſet queſtio inter nobilem virum.v.de riparia.ex
vna parte.⁊ milites campanos ex altera de iure patronatus cuiuſ
dam eccleſie de concordia partium poſſidente dicto iure dicto no
bili viro.v.⁊ fuit factum ſequeſtrum in quendam vicedominū.tan
dem nobilis ille.v.de riparia dedit petitionem in qua narrabat pri
mo qđ erat verus patronus eccleſie:quare petebat dictos milites
condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis dicte eccleſie:tandem p
ductis probationibus ad fundandam intentionem teſtes proba
runt qđ poſſidente dicto nobili poſſeſſio fuit ſequeſtrata penes ſe
queſtrum.⁊ publicatis atteſtationibus papa cognouit quod iſtius
nobilis intentio non erat apta : quia concludebat ad poſſeſſionem
reſtituendam eccleſie:⁊ agebatur confeſſoria ad reſtituendum ſecun
dum vnum intellectum:ſecundum alium agebat rei vendi.⁊ ſimilis
erat concluſio vt poſſeſſio reſtitueretur.et de duobus erat alterum:
vel quod poſſeſſio tranſiret in ſequeſtrum.et non competebat ſibi
vendicatio vel confeſſoria ad reſtituendum contra milites qui non
poſſidebant vel non tranſierat poſſeſſio in ſequeſtrū ⁊ remanſerat
penes nobilem petentem reſtitui.et ſic intus habebat quod extra
4 petebat:ideo abſoluit milites ab inſtantia proteſtantis. ¶ †Nota
primo quod quamquam nō arctetur quis ad actionē in libello ex
primendam:ſi tamen ineptam proponat:ſuccumbit et aptam po
teſt proponere in alio iudicio:⁊ ſic abſolutio que fit ratione inepte
actionis eſt ab obſeruatione iudicij:non autem abſoluit diffinitiue
5 ſeu ad merita concludit ⁊c. ¶ †No.ij.ſecundum intellectum qđ hic
agèretur rei vendi.quod res corporalis ratione iuris incorporalis
poteſt vendicari.ad hoc.ff.de contrahen.emptione.lege qui taber
nam.⁊ ſic intellexit Innocen.hic.⁊ ſic ratione iuris patronatus qđ
quis habet in eccleſia:quis po teſt vendicare eccleſiam : ⁊ quod pa
tronus etiam laicus habet aliquam poſſeſſionem eccleſie:ſed non
credo quod habeat naturalem vel ciuilem aliquam:quia non poſſi
det vt dominus in totum vel in parte:⁊ habet aliud ius ſeparatum
a dominio vſufructu vel vſu.quorum iurium demum reali reſpectu
datur vera poſſeſſio vel naturalis aut ciuilis.habet ergo quandam
quaſi poſſeſſionem reſpectu iuris ⁊ bonorum eccleſie conſeruandi:
quo reſpectu poteſt vendicare corpus eccleſie: quo per alium poſſeſ
ſo tollitur libertas ſic bona conſeruandi.de reſtitu.ſpoliatorū.piſa
6 nis. ¶ †Nota tertio quod actus ſequeſtri cadit in re corporali :pro
iure incorporali.in ea competenti:⁊ ſic non bene colligitur quod in
corporalia ſequeſtrentur:niſi hoc indirecto modo.et colligunt do
cto.quod ſpiritualia ſequeſtrantur.ſicut ⁊ in eis cadit miſſio.infra
de eo qui mitti.in poſſeſ.capitulo ſecundo.item nota quod ſeque
7 ſtrum cadit in re immobili ſecundum pet. ¶ †Nota quarto qđ vbi
ineptitudo actionis ſiue in intentione:ſiue in concluſione:non pa
tet ex forma proponendi: ſed detegitur in probationibus :ſtatim
iudex non lacerat libellum nec repellit:ſed reſeruat illam diſcutien
dam:vſq̄ an probationes ex quibus detegitur ineptitudo.et illam
tunc repellit non ante.Quedam enim aperta eſt ineptitudo ſui p
poſitione.⁊ hec ſtatim reijcit libellum.Quedam occulta que detegi
tur in probationibus:⁊ iſta tunc repellit cum fuerit facta detectio.
et non ante. ¶ Nota.v.quod rei vend.non datur poſſidenti vel con
tra non poſſidētem:nec datur confeſſoria prout dirigitur ad reſti
8 tuendum. ¶ †Nota ſexto practicam pronuntiandi quando actio
⁊ intentio eſt inepta debet enim dicere pronuntiamus intentionē
9 tuam non tenere. ¶ †Nota quod de vna actione licite tranſitur ad
10 aliam de quo.de religio.domi.conſtitutus. ¶ †Nota cautum pro
teſtari de iure eius contra quem promulgatur ſententia ad quod ſe
non extendit virtus ſententie.item quod in abſolutione ab obſer
uatione iudicij cauſa in ſententia eſt exprimenda.de quo de re iudi
ca.ſicut.⁊ eſt hoc intantum verum quod aliter non valet abſolutio
in auten.de iudi.§.oportet.tenet Joannes and.in capitulo finem.
de dolo.ſuper glo.magna et in addi.que incipit et hos ſequitur ad
11 finem. ¶ †Oppo.quod dato quod etiam poſſediſſent milites cam
pani non potuerint agi rei ven.ad poſſeſſionem reſtituendam:nec
aliquo alio iure ratione iuris patronatus.patronus enim non ha
bet nec dominium eccleſie:nec partem dominij vt vſus vel vſufru
ctus ergo nec naturaliter.nec ciuiliter poſſidet.item nec in laicum
cadere poſſet poſſeſſio eccleſie vt ſpiritualis.de preſcriptio.cauſam
dic quod proprie non poteſt patronus ratione iuris patronatus:
maxime laicus tenere eccleſiam:ſed dicit Hoſtien.quod hic tenebat
eccleſiam defendendam ⁊ ordinandam ad preſentationem ſui: ſecū
dum Hoſtienſem.idem Goffre.⁊ poterat tolerari quod ſic teneret.
xvi.queſtione prima.conſtitutum .⁊ queſtione.vij.conſiderandum
et capitulo filius.alias vero eccleſiam vel aliud ius ſpirituale : non
poterat proprie poſſidere. decima queſtione prima per totum .de
preſcrip.cauſam.Goffre.Ratione enim cure bonorum ne dilapidē
tur et vt eccleſia in bono ſtatu conſeruetur.dicitur in eccleſia habe
re quandam quaſi poſſeſſionem huius preeminentie:quo reſpectu
vendicat liberum ingreſſum eccleſie ⁊ detentionem quandam :que
tamen non excludit cuſtodiam epiſcopi ſicut dicimus in miſſo in
poſſeſſionē ex primo decreto ratione cuius altero ſic detinente po
teſt vendicare eccleſiam ratione huius iuris:quod eſt notandū:vel
ſequeſtrata fuit penes hunc vicedominum:qui erat vicarius epiſco
pi : et eccleſiaſtica perſona : in quam cadit poſſeſſio ſpiritualis.
12 ¶ †Oppo .quod inepte et contra ſe hic ſe fatigaret in poſſeſſione
probanda:et ſic articulus tanquam impertinens: et probatio non
erat admittenda.C.de proba.ad probationem.de offi.dele.cum cō
tingat.de teſti.c.de teſtibus.Sol.dicit.pe.et.ab.quod hic voluit p
bare poſſeſſionem:ne cogeretur reſtituere rem: niſi aduerſarius de
proprietate doceret.ff.de rei vendi.l.fina.vel non producebat teſtes
ſuper poſſeſſione:ſed ſuper proprietate :⁊ propter cauſam predictā
faciebat eos interrogari ſuper poſſeſſione.⁊ hoc plus eis placet nec
articulus erat impertinens cum ſaltim proficeret reo ad abſolutio
13 nem ratione inepte petitionis. ¶ †Quero an vicedominus apud
quem factum eſt ſequeſtrum poſſit preſentare. Innocen.dicit quod
ſic:quia debet interim fructus rei ſequeſtrate percipere: etiam ſi nō
14 fuerit poſſeſſor. ¶ †Nota bene hoc dictum quod penes eum eſt po
teſtas iuris exercendi penes quem eſt poteſtas fructus colligendi:
licet non ſit poſſeſſor:quod no.quia ampliat materiam.c.conſulta
tionibus.de iure patrona.⁊ quod no.de electio.querelam.de cauſa
poſſeſ.cum eccleſia.⁊.c.cum olim.cum ſi.Hoſtien.dicit quod nō per
cipit fructus tanquam pars per quod videtur quod non poſſit pre
ſentare.⁊ ſic limitabitur quod dicitur quod poſſeſſor:quia facit fru
ctus ſuos.⁊ illos colligit preſentabit. Illud eſt verum.quando illos
colligit nomine proprio:⁊ ex hoc patet ratio quare creditor in pi
gnus eccleſiam cum vniuerſitate non preſentat:quia fructus colli
git nomine alieno.de re iudi.cum bertoldus. Primum tenet Joā.
de ligna.per.c.conſultationibus . Nota tamen dictum Innocentij
de iure credo quod procedat dictum Hoſtienſis . pro quo optime
capi.cum bertoldus.De miſſo autem in poſſeſſionem poteſtarie:q
electus eſt contumace vniuerſitate:an interim exerceat iuriſditionē
tenet ſpecu.qđ non. in ſpecu.de primo ⁊ ſecundo decreto.§. viden
15 dum.ver.quid ſi quis electus.in.iiij.colū. ¶ †Quero cum glo.j.qs
eſt ſequeſter.dicit glo.qđ eſt is apud quem res in iudicium deducta
communiter a litigantibus deponitur. Inquantum exigit gl.rem
in iudicium deducta vt procedat ſequeſtrum.nō eſt hoc neceſſariū
ſufficit enim ſuper huius iure poſſe diſceptari:licet nondum ſit in
iudicium deductum ius inquantum exigit.qđ cōmuniter a litigan
tibus fiat hoc verum in ſequeſtratione voluntaria:ſecus in neceſſa
16 ria.que aliquando fit autoritate iudicis inuita parte. ¶ †Secun
do quero:an ſequeſtrum fiat ab vno.gl.dicit qđ nō exiguntur enim
plures.⁊ in hoc differt a depoſito:quia vnus ⁊ plures deponunt.ff.
depoſi.l.licet.Hoſtien.hoc dicit verum regulariter.interdum enim
fit ab vno:puta a iudice qui mandat ex officio quandoq̄ rem ſeque
ſtrari.ſ.de renun.olim.de ſequeſt.poſſeſ.⁊ fruc.c.j.ſecundum Hoſti
enſem qui remittit ad ſummam.de depoſito.§.in quibus.⁊ vide de
17 hoc.de depoſito.c.j.in ſi.ij.glo. ¶ †Uenio ad gl.ij.videtur quod re
cte egerit ſuper iure patronatus dato qđ fuerit poſſeſſor. Confeſſo
ria enim vel negatoria datur poſſidenti ius vel rem ⁊ alteri ius ne
ganti ad tuitionem ſui iuris.⁊ ad reiectionem turbationis liberta
tis aut iuris.ff.ſi ſerui.ven.l.ſi forte.⁊.l.ſicuti.§.ſed ſi queratur. Con
feſſoria enim datur poſſeſſori ne inquietetur: ⁊ hoc cum eſt in quaſi
18 poſſeſſione ſeruitutis. ¶ †Item ⁊ poſſidenti datur rei vendicatio
19 contra ſolummō detinentem.ff.de rei ven.l.officium ad ſi. ¶ †Hu
ius contrarij timore gl.legit dupliciter tex.Primo qđ hic ageretur
rei ven.⁊ intentus erat agentis declarari ius patronatus ad ſe ſpe
ctare ⁊ rem.i.eccleſiam ratione huius iuris ſibi reſtitui ex dictis te
ſtium conſtitit ipſum tempore ſequeſtri poſſediſſe.⁊ hec erat inten
tio inepta:q: vel eo animo poſſeſſionem ſequeſtrauit vt poſſeſſionē
transferret.ff.depoſi.l.licet.⁊ tunc non milites:ſed ſequeſter poſſide
bat inepte ergo ab eis petebat reſtitui.vel ipſe dedit animo vt ſolā
detentionem transferret retenta poſſeſſione : qđ in dubio preſumit
gloſ.niſi tradat hoc animo vt transferat poſſeſſionem.⁊ idem:quia
poſſidebat ⁊ poſſidenti non datur actio.inſti.de actio.§.j.ff.vti poſ
ſide.l.j.§.j.Ex quibus concluditur qđ nec rei ven.nec poſſeſſorio ad
reſtituendum agere poterat.fatetur glo.qđ agere poterat depoſiti
ſequeſtrariam contra ſequeſtrum hoc caſu.⁊ etiam rei vendi.contra
eum:quia ⁊ illa quandoq̄ datur poſſeſſori contra detentatores:vt
commodatarium ⁊ ſimiles ſecundum glo.contra milites autem nō
competebat:q: nec erant detentatores nec poſſeſſores ſecundū hoc
actio erat inepta reſpectu directorij actionis.non autem reſpectu
principij iuris agendi:q: vendicatio ſibi habitu cōpetebat:licet nō
actionis directorium.vt.d.l.j.C.de ali.iu.mu.cauſa.fac.Ex hoc ha
bemus plura.primum qđ in rei ven.ſuccumbit non probans poſſeſ
ſionem vel quaſi:quando conſtat eum cōtra quem agitur nō poſſi
dere: ſed dic hoc verum quando cōſtat ⁊ non fuit ab initio interro
gatus an poſſideret.alias ſi fuerit interrogatus ⁊ reſpōderit ſe poſ
ſidere cōuenit vt ſe liti offerens niſi agēs ſciuerit eū nō poſſidere.ff.
de rei ven.l.is qui ſe liti.Itē hoc verū ſi ſolū perſiſtat actor in ſua to
tali petitione

tali petitione:ſed ſi petat vt ſuper parte pronunctietur ſcilicet vt de-
claretur dominus debet pro eo ſententiari.ſi plene probauit ſe do-
minum vt declaretur dominus ⁊ proderit hic declaratoria:quia ſi
contingat eum contra quem eſt lata ſententia nouiter poſſidere po
terit ex eadem inſtantia dicta ſententia exequi contra eum:contra
quem eſt lata vt patet.in.l.ſi a te.§.j.ff.de excep.rei iudica. ſecundū
vnam lectu.quam ibi tenet Bart.Nec obſt.qd ſententia non proſit:
nec obſit variata poſſeſſione:etiam ſtante idoneitate perſonarum.
vt.j.de except.aduerſario:⁊ quia hic variatur cauſa ⁊ res:quia non
agitur ratione recentis poſſeſſionis:quia non variatur ſubſtantia
iuris agendi ſcilicet dominium:ſed variatur ſoluȝ directoriū actio
nis:⁊ quia ſententia facit notorium dominium:quia attrahit ad ſe
poſſeſſionem de cauſa poſſeſ.cum ſuper.⁊.c.cum dilectus.ca.aduer
ſario.Non obſt.qd abſolutio eſt perſonalis ex parte rei:ideo enim
non prodeſt ſuperueniente poſſeſſione:ſed declaratio dominij rea-
20 lis reſpectu ⁊ antique ⁊ noue poſſeſſionis.¶†Secundo dicit glo.
qd in ſequeſtrum non tranſit poſſeſſio:niſi hoc actū ſit expreſſe:hoc
tenuit Joan.⁊ Innocen.gloſ.notant contrarium in legibus hic al
legatis.⁊ gl.in.c.j.de ſequeſt.poſ.ſcilicet qd in dubio poſſideat:niſi
contra agatur.¶In glo.hoc ideo quidam dicunt qd glo.male di-
cit vel loquitur de ſequeſtro id eſt depoſito.qd tantum ſit ab vno vl
vbi dicit ea mente ⁊c.dic qd preſumitur niſi contra agatur. Moder
ni tamen legiſte.vt no.Cy.in.l.vnica.de prohi.ſequeſtra.faciunt dif
ferentiam inter voluntariam ſequeſtrationē ⁊ neceſſariam. In pri
ma in dubio transfertur poſſeſſio. In ſecunda nō:vt quando ſit ad
iudicis mandatum in caſibus no.j.de ſequeſt.poſ.c.ij.ad hoc:quia
multi ſunt modi perdende poſſeſſionis inter quos hic non reperit
ff.de acquiren.poſ.l.iij.§.genera.⁊.l.ſi quis ante. Item quia noua-
tio voluntaria tollit priuilegia antique actionis.⁊ fideiuſſores ⁊ pi
gnora nō neceſſaria.ff.de noua.l.etiam.⁊ quia alia eſt cauſa fideiuſ-
ſionis voluntarie ⁊ neceſſarie.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſi fideiuſſor.no.de
offi.delega.ab arbitris.lib.vj.⁊ ibi ſimilia ſuper vltima glo. Nō ob-
ſtat qd iudex facit perdi poſſeſſionem.ff.de acquiren.poſ.l.qui vni-
uerſas.§.iteȝ pretor:q: ſi vellet hoc poſſet:ſed in dubio hoc velle nō
cēſetur vt in tantum preiudicet partibus:ex quo propter ſolū deti-
nere habet intentum ſuum.Non.obſt.qd facit iudex facere videtur
pars.ff.de euic.ſi ob cauſam:quia id verum eſt:latius tamen inter-
pretatur factum partium quam iudicis.⁊ hoc tenet Jo.an.⁊ Bar.
in.l.intereſſe.niſi de voluntate iudicis aliud appareat alias hoc ex-
preſſum.de ſequeſt.poſ.⁊ fruct.c.j. Fatetur tamen Jo.an.hic:qd li-
cet perdatur poſſeſſio ſuis caſibus:non tamen perduntur beneficia
poſſeſſoris competentia tempore ſequeſtri.puta qd ſibi nō incum-
bit onus probandi:⁊ quod actore non probante abſoluatur:⁊ his ſi
milia tollitur tamen ſecundum legiſtas onus ſequeſtri neceſſarij ſo
la ſatiſdatione.ff.de offi.preſi.l.ſenatus.in ſi.C.de agri.⁊ cen.l.litib⁹
dicit Joan.and.qd hoc non procedit in caſu clemen.j.de ſequeſtra.
poſſeſ.⁊ fruc.⁊ ipſe no.in ſpe.ſuper rubrica.de ſequeſtra.poſſeſ.c.ſi.⁊
hoc:quia iſta ſequeſtratio non eſt ſimpliciter permiſſiua ſed prece-
ptiua cum adiectione penarum ex cauſis ne vitioſe incumbat poſ-
ſeſſori beneficij:de eo qui mit.in poſſeſ.cum qui.lib.vj.⁊ ne in peti-
toris grauamen habentis pro ſe ſententiam litem protelet:ſumpt⁹
litis faciens ex fructibus beneficij.de materia ſequeſtrationis ple.
per Joan.mo.ſuper regula locupletari.de reg.iur.lib.vj.¶Tertio
dicit ibi glo.qd cōtra ſequeſtrum poteſt agi depoſiti.Hoſtien.dicit
qd ante completam conditioneȝ ſequeſtri que eſt vt vincenti detur
ſi per partem ſtat:quominus ſententietur.datur preſcriptis verbis
contra ſequeſtrum.ff.de dolo.ſi oleum.vel contra partem. de dolo
vt ibi.Si poſt completam cōditionem agendum eſt cum ſequeſtro
depoſiti ſequeſtraria.ff.depoſi.l.ei apud quem.§.j.⁊.l.ſi in alia.§.cu
ius ſequeſtri.nulla ergo hic actio competebat contra ſequeſtrum:
quia nonduȝ vicerat nec ſteterat per milites quominus vinceret ſe-
cundum Hoſtien.¶Quarto dicitur qd contra ſimplicem detento
rem datur rei ven.Aduerte contra naturaliter ⁊ ciuiliter poſſiden-
tem abſq; dubio datur contra naturaliter poſſidentem.alias deti-
nentem idem vt no.ff.de rei vendi.in rubrica contra ciuiliter etiam
poſſidentem datur.vt ibi no.⁊ no.in.l.ſi.C.vbi in rem ac.⁊ in pluri-
bus alijs locis:⁊ in ſpecu.de acti.⁊ peti.§.j.verſicu.is qui.in.vj.colū.
vbi Joan.and.in addi.dicit Azo.idem tenere in ſumma.de rei ven
di.nec obſt.qd non habet facultatem rei tradende:quia habet facul
tatem animo relaxandi ciuilem.l.ſi quis vi.§.differentia.ff.de acq-
renda poſſeſ.Contra etiam ſolum detentorem datur vt hic.⁊.l.of-
ficium.de rei ven.⁊ tenet hoc Archi.iij.q.j.§.ſed notandum.Hec ve
ra quando habet detentor facultatem rei reſtituende.vt dicit tex.in
d.l.officium.ad ſi.Inno.in commodato ⁊ alijs detentoribus fateri
videtur hoc verum ſi non conſtat eos non poſſidere vel non liquet
pendente iudicio:⁊ hoc eſt planum:quia in dubio detinens preſu-
mitur poſſeſſor.hec colliguntur ex his que no.in.c.quoniam frequē
ter.§.qd ſi ſuper.in glo.ſuper verbo ſuper rebus ibi:commodatari⁹
autem:⁊ ratio colligitur ex his que not.de priuile.cum olim.in ver-
bo dederat.in ſi.glo.Si autem iudicio pendente vel ante cōſtet euȝ
non poſſidere non conuenitur rei ven.⁊ ſic dicit debere intelligi.lex
officium in fine.Legiſte per illam legem communiter damnant
iſtud dictum:ſed non intelligunt.Hec eſt mens Innocen.antequā
eſſet inuentum remedium nominationis in iudicio indiſtincte de-
tentor conueniebatur:quia habebat facultatē rei reſtituende.Ho-
die autem habet priuilegium ne cogatur ſubire preiudicium nomi
nando dominum in iudicio.Eſt ergo ſenſus Inno.qd ſi non cōſtet
detentorem eſſe detentorem qd preſumitur poſſeſſor:vt dixi.nō au-
ditur niſi aliquam faciat fidem qd ab alio detineat nominando do
minum in iudicio.audiretur tamen hoc probando. Ex his appa-
ret an contra miſſum in poſſeſſionem poſſit agere rei ven.Hoſtien.
vt recitat Joan.and.de do.⁊ contu.contingit.tenet qd ſic per dictā
legē officium.ad ſi.Fatetur qd nō reſtituet:niſi ille preſtet cautionē
ſi actor euinceret infra annum rem reſtitui.ff.de rei ven.l.ſi is a quo
cautum tamen dicit qd vocetur poſſeſſor:vt ſi voluerit reȝ defendat
Innocen.in.d.c.quoniam.in verbo poſſeſſionem.tenet cōtra:quia
miſſus ſolus non detinet:immo ipſe cum alio antiquo poſſeſſore
rem cuſtodit:⁊ ſic non habet facultatem rei reſtituende:quia tāquā
cuſtos ⁊ cum alio.ff.de damno infec.l.ſi finita.§.ſi quis autem.⁊ al-
legat pro ſe dictam.l.officium.in fine.primum ergo procederet quā
21 do ſic eſſet miſſus qd ſolus haberet detentionem.¶†Uenio ad ſe-
cundum intellectum glo.dicit ſecundo intelligi qd hic agebatur cō-
feſſoria ad cuius declarationem dic qd eſt dare negatoriam ⁊ confeſ
ſoriam:que competit pro iuribus vendicandis in re.⁊ dicit qd con-
feſſoria datur aſſerenti ſibi ius in re:negatoria datur neganti alteri
ius eſſe ⁊ dicenti rem liberam:⁊ dicit quod habet naturam:vt detur
non poſſidenti ad conſequendam poſſeſſionem iuris vel rei ratio-
ne iuris:et datur etiam poſſidenti ad tuendum ſe aduerſus moleſtā
tem.ff.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.j.⁊.l.ſi forte.§.j.⁊.l.ſicuti.§.ſed ſi que-
ratur.vnde dicit glo.hic nobilis vir egit negatoria negando ius de
beri militibus ⁊ aſſerendo eos poſſidere. ⁊ petendo vt poſſeſſio ſibi
reſtitueretur.In hoc male egit inquantum petebat poſſeſſioneȝ re
ſtitui.⁊ ſic intentio fuit inepta:licet actio fuiſſet apta.de hac mate-
ria cui competat confeſſoria:vel negatoria:⁊ an in terminis noſtris
eſſet negatoria:vel confeſſoria:patet ex his que no.infra de verbor
ſignifica.abbate.⁊ no.de oper.no.nuntia.l.ſi prius:huic intellectui
obuiat ſecundum Hoſtienſem:quia iſte actiones competunt domi
nis prediorum.ff.ſi ſerui.ven.l.ij.§.hec autem actio.at patronus do
minus non eſt.dicit Goffr.⁊ Hoſtien.hoc verum in directis:vtiles
vero competunt non dominis.vt conductori vectigalis.ff.de ſerui.
l.ei qui.vel dic qd licet non habeat dominium eccleſie habet domi-
nium illius iuris.vel dic illa iura loquuntur in ſeruitutibus reali-
bus.que debentur a re rei.quo caſu oportet qd agens ſit dominus
fundi dominantis.In perſonalibus autem ſufficit eſſe dominum
iuris vt patet in vſufructuario.ff.ſi vſufruct.peta.per confeſſoriam
vel negatoriam.per totum.Intentans ergo iura hec:caueat an ad-
uerſarius poſſideat rem ratione iuris.et debet agere et concludere
poſſeſſionem reſtituendam eccleſie vt libere illo iure vtatur.an poſ
ſideat ſcilicet agens vel aliter.⁊ concludat.ne moleſtetur.alias licet
ſibi actio competeret intentio foret inepta:concludendo ad reſtitu
endum:ſed huic intellectui obuiat litera ibi nec rei vendicationem
intentare.nec poſſeſſionis ⁊c:quia exponendo rei vendi.vel confeſ-
ſoriam vel negatoriam:illa poterat intentari:licet non poſſet con-
cludere ad reſtitutionem poſſeſſionis.¶Tertius intellectus quod
actio ⁊ intentio erat inepta.eo quia pro iuribus incorporalibus nō
datur rei vendicatio:ſed datur cōfeſſoria vel negatoria.lege prima
§.per hanc.⁊.l.vendicatio.ff.de rei vendi. Hic autem egit rei vendi.
⁊ concluſit in ea ad reſtituendam poſſeſſionem actio fuit inepta:q:
rei vendicatio pro tali re non competebat.Iteȝ ⁊ intentio:quia da
to quod competijſſet non datur ad reſtituendam poſſeſſionem con
tra nō poſſidentem:⁊ proportionatur hic intellectus litere:que pon
derare videtur duos defectus ⁊ reſpectu actionis et reſpectu inten-
tionis id eſt nec rei vendi.⁊c.non tenet Innocen. hunc intellectum
quia litera hic innuit.quod etiam pro incorporalibus competat rei
vendi.ſed hic inepte proponebat ſcilicet agendo ad reſtitutionem
poſſeſſionis contra non poſſidentes ratione iuris enim iure datur
rei vendi.ff.de cōtrahenda emptione.lege qui tabernam.ſecundum
eum.ff.de lega.primo.lege ſi domus.⁊ ſi fuiſſet actio patuiſſet defe-
ctus libelli a principio non in probationibus:et ſic a principio de-
buiſſet reijci. ¶Quartus intellectus quod hic agebat quadā actio
ne reali ſeu in rem.que dicitur vendicatio late:non tamen in totuȝ
ſapit naturam rei vendi.quia datur pro iuribus in re.lege prima.§.
per hanc.ff.de rei vendi.et hec non ex toto habet naturam confeſſo
rie:quia iſta datur etiam poſſidenti. Illa non poſſidenti ad rem vē
dicandam.de qua.ff.ſi vſufructus petatur.lege vltima.§.fina.inſti-
tu.de actio.§.primo.de exceptio.cum venerabilis.de maioritate ⁊
obedientia.inter quatuor.actio ergo erat apta:ſed intentio erat ine
pta:de hac actione in rem generali facit Innocentius mentionem.
infra de reſtitutione ſpoliatorum.olim cauſam.in verbo dominuȝ.
alleg.ff.de mor.infe.lege prima.de religi.⁊ ſump.fune.l.ſi ſepulchra

quod nota.ſic ergo:quia intentio eſt inepta licet nõ actio:bene pro
nuntiatur intentionem ſuam non tenere.ff.ſi meſ.fal.mo.di.l.j.vn-
de propter hoc actio dicitur inepta:q: intẽtio eſt inepta. ¶ Quin-
tus intellectus quod hic egit exprimendo ſe agere rei ven.⁊ in ſub-
ſtantia actionis non defecit:quia hoc verbum eſt aptum compre-
hendere:⁊ confeſſoriam:⁊ negatoriam.⁊ ſic indubio debuit libellus
interpretari:ſed habuit intentionem ineptam:quia licet confeſſo-
ria competat ⁊ vendicatio lata poſſeſſori:non datur tamen ad poſ
ſeſſionem vendicandam:contra non poſſidentem:vel poſſidendi
ad petendam poſſeſſionem. Ideo papa bene pronuntiauit ſuã in-
tentionem non tenere.⁊ ſic pronuntiat.l.ff.ſi meſ.fal.mo.di.l.j.§.j.⁊
propter hoc dicitur actio inepta:quia intentio eſt inepta:quod ex
ipſis actis apparuit:quamquam enim confeſſoria competat etiam
poſſidenti:dummodo ius habeat in re:vt patronus:qui agere po-
teſt contra eum:qui prohibet vti iurepatronatus:vel ſe liti obtulit
ff.de rei vendi. l.j.§.hoc autem.ſi vſufru.pe.l.vlti.ff.ſi ſerui. vendi.l.
loci.§.ſi quis mihi.⁊ lege ſi quis diuturno. Sed cum iſte.m.nõ tan-
tum ius ſed etiam poſſeſſionem haberet vt probatum eſt:male in-
tentauit rei vendicatio.vel cõfeſſoriam. Habentur ergo tres intelle
ctus principales. Primus quod actio erat apta:ſed intentio ine-
pta. Secundus intellectus quod agere rei vendi.vel confeſſoria vel
vendi.lata:vel quia generaliter fuit propoſita vendicatio:⁊ ſic ſub-
diuiditur in quatuor. Alius quod erat inepta actio ⁊ intentio.di-
cit hic Innocentius quod poterat agi vti poſſide .ſcilicet pro mo-
leſtijs. Hoſtienſis dicit quod melius ſibi competit quaſi vti poſſi-
detis.ff.ſi ſeruitus vendice. lege ſecunda.§. pompo.vel ſecundum
cum dabatur ei officium iudicis.ſ. de offic.iudi.capitulo ſecundo
ſecundum Goffred.ſed dicit Hoſtien.quod canoniſta non habet de
his curare:cum non habeat actionem proponere in iudicio.ſ.e.di-
lecti. Et iſte aduocatus fatuus fuit exprimere actionem.forte vt vi-
deretur Rabi:qui ſi tacuiſſet philoſophus fuiſſet ſecundum eum.
¶ Pro declaratione materie huius videnda ſunt plura . Primo
que ineptitudines vitient libellum. Secundo de modo ſententian
di:⁊ quando ſententietur. Tertio de effectu ſententie ſuper inepti-
22 tudine libelli. ¶ † Ad primũ dic:quod quando libellus eſt ineptus
ratione ſolennitatis:de qua in criminali.ſecunda queſtione.viij.li-
bellorum.⁊.ff.de accuſ.l.libellorum. In ciuili de libel.obla.c.j.et in
clemen.fina.de verborum ſignifica.hoc abſq; dubio vitiat libelluʒ.
Quandoq; datur ineptitudo forme reſpectu narrationis ⁊ conclu
ſionis:vt quia narratio nõ proportionatur concluſioni:dicit ſe do-
minum ⁊ concludit ad dandum.vel dicit ſe poſſeſſorem ⁊ concludit
damnari ad reſtituendum poſſeſſionem:⁊ adhuc vitiat vt hic ⁊ lege
prima.§.primo.ff.vti poſſide.ſi tamen libellus eſt ſine concluſione.
⁊ habeat ſolam narrationem.dicunt aliqui:quod nõ vitiatur libel-
lus.no.glo.ff.de accu.l.libellorum.C.de accu.in cauſis. Barto.in le
ge quid ergo.§.pena grauior.ff.de his qui notan.infa.⁊ maxime in
poſſeſſorio.no. Joan.ij.q.iiij.quia preſulatus.no.de ordine cogni.
cum dilectus.⁊ quod ſcribit. Innocen.de ſepul.in noſtra preſentia.
⁊ hoc tenet Innocentius.de lit.conteſta.cap.primo quod dicit ma
xime verum:quando de iuribus agitur vel vbi confeſſoria vel nega
toria intentatur.ff.ſi vſufruc.peta.lege vti frui.tutius tamen eſt ali
quid petere.ſecunda queſtione prima. notum.j. queſtione.iiij.quia
preſulatus. Hoſtien.in dicto capi.j.dicit libellum non recipienduʒ
in quo nihil petitur.cum ſine petitione condemnari non debeat.ff.
communi diuidun.l.vt fundus:nec in alio quam petituʒ eſt poteſt
condemnari.ff.de fideicõ.lib.l.ſi.niſi forſan.de ſpiritualibus:et in-
ter religioſos agatur de quo de iudi.dilecti.⁊ quando factum coraʒ
papa proponitur. Bart.in.l.libellorum.remanet quod in crimina
li procedat libellus ſine concluſione:per.l.j.in fine.ff.ad turpil.et ſi-
militer dicit in.§.pena grauior.quod iudex non habet ſequi cõclu-
ſionem partis.quod no.per dictam.l.j.in fine.ff.de poſtu.quos pro
hibet. Puto quod in his in quibꝰ iudex ex officio ſupplere poteſt:
ſufficiat libellus ſine concluſione:⁊ in talibus credo quod alterare
poſſit petitionem ⁊ concluſionem partis vt notanter dicit Barto.
in dicto.§.pena grauior:quod bene no.vnde ſi inepte concluderet.
Iudex ex officio apte ſuppleret:dum tamen factum eſſet ſic propo-
ſitum.quod iudex de concluſione iuris eſſet certus. Si ſumus in ca-
ſibus in quibus iudex non habet ſupplere:oportet quod pars con-
cludat aliquid petendo:quia per petitionem in iure propoſitaʒ ⁊c.
C.de iudi.lege rem non nouam.C.de lit.conteſta.l.j.alias non eſſet
dare cauſam:quare conteſtatio non induceretur per reſponſionem
ad poſitionem quod negat tex.de lit.conteſta.capitulo primo.hec
procedunt maxime:quando pars nõ poteſt concludere obſtante iu
ramento:⁊ non deficit officium iudicis.de iureiuran.ad noſtram.ſi
tamen narratio ſit latior quam concluſio:attenditur libellus reſpe-
ctu concluſionis ⁊ non narrationis.de foro competenti.ex parte.b.
de dila.litere.⁊ no. Dy.in regula nullus pluribus. de regulis iuris
libro.vj. Ideo dicit Cy.de proba.cum te.quod narrata ſuperfluo vl
tra concluſionem libelli non ſubijciuntur neceſſitati probandi.alle
gat.de appella.ſcio.⁊ lege magiſtratus.de verborum obligati. Et ſi

narratio eſſet ſtrictior quam concluſio:ad huc attenderetur conclu-
ſio.argumen.lege prima.§.ſi ſtipulanti.ff.de verborum obligati.ad
hoc quod not. Cal.de ordi.cogni.cum dilectus.generaliter autem
hec concluſio procedit:peto mihi iuſtitiam exhiberi:licet aliter cõ-
cluſio non ſpecificetur.de offi.ordina.c.j.de ordi.cogni.cum dilectꝰ.
vbi per Innocen. Et conſulo quod in libellis ponatur etiam poſt
ſpecialem concluſionem ⁊ multum iuuat libellos. Conſulo et quod
ponatur iſta que communiter etiam hodie ponitur: peto predicta
omni iure modo ⁊ forma quibus melius poteſt ⁊ debet:puto tamẽ
quod licet libellus aliquo caſu non procedat ſine concluſione quod
ſemper procedat ſine narratione ſi habet concluſionem: quia cõclu-
ſio concludit niſi narrationem.vt ſi dico peto te condemnari ex mu
tuo ad centum. Sed eſt dubium:quid ſi concluſio fieret ſuper execu
tione.vt peto eum cogi ⁊ compelli antequam petatur condemna-
ri. Barto.in lege prima.C.de except.rei iudi.dicit quod non proce-
dit vt in.l.ſi cum nulla.ff.de re iudi.per iſta iura:que dicunt ante nõ
debere executionem fieri quam fiat condemnatio.ſatis poteſt ſalua
ri libellus intelligendo quod petita executione per prius videatur
petita condemnatio ex quo narratio eſt ad hoc apta: quia executi-
ua ſupponunt diſpoſitiua precedere.ad hoc.ſ.capitulo primo . le-
ge illud.ff.de acquirenda hereditate.de ſponſa.ex parte.no.gloſ.de
religio.domi.conſtitutus.in verbo iuxta ratum. verſicu. immo:ſa-
tis ad hoc quod no. Barto.ff.de rei vendi.lege ex diuerſo. vbi dicit
quod ſi peto rem reſtitui.quia dominus videor per prius petiuiſſe
me dominum declarari:quaſi hoc ſit preambulum neceſſarium. Itẽ
ſi dico peto cogi ⁊ compelli:quia poteſt intelligi cogi via executiua
et hoc redderet petitionem ineptam.⁊ via condẽnatiua:⁊ hec apta
in dubio interpretari debet deducta.ad hoc lege prima.ff.de rei vẽ-
di. Non ob.lex ſi cum nullam.ff.de re iudic.vbi dicit Barto .⁊ dicta
lege prima .quia ibi conſtabat agentem velle executionem ante cõ-
demnationem. Idem ſi diceret.peto cogi ⁊ compelli.⁊ ad predicta
condemnari:quia prepoſteratio non vincit.ff.de heredi.inſtitu.le-
ge talem.de ſolu.lege nec ordo.ſ.de reſcriptis cauſam.vt dicit. Bar
to.in dictis all'. Obmiſſio autem petitionis executionis nõ vitiat
libellum.vt nota.de reſcriptis.cle.auditor.in prima gloſ.nec puto
prepoſterationem narrationis ad concluſionem:vt quia narratio-
nem precedat concluſio vitiare libellum.de reſtitu.ſpoliat.literas.
de exceptio.cum venerabilis. Quandoq; libellus eſt ineptus reſpe
ctu cauſe ⁊ nõ procedit libellus.vt ſi dicerem ago quia rex eſt in fran
cia:vel quia gaius talia promiſit.no.ſ.e.dilecti. vnde dicit Gui.de
ſuʒ.in lege edita.C.de edẽdo.quod ſic quis ſuccumbit ſuper inepta
cauſa deducta in libello.ſicut ſuper inepta actione : quia cauſa ſub-
rogatur loco actionis.de conſtitu.eccleſia.ad hoc lege prima.§.hec
actio.ff.ſi quis teſta.li.eſſe iuſ.ff.de donat.inter virum et vxorem.ſi
donate.in princi. Quandoq; libellus eſt ineptus reſpectu cauſe et
actionis.vt quia contra meſſorem narro me locaſſe:⁊ puto condem
nari ex locato contra quem illa non competit:ſed actio preſcriptis
verbis:ex edicto ſi meſſor.vt lege.j.§.j.ff.ſi meſſor falſuʒ modũ dixe.
Quandoq; eſt ineptus in actione ad cauſam.vt q: cauſa in ſe apta:
actio inepta ad cauſam vel econuerſo:et adhuc ſi opponatur libel-
lus nõ eſt admittendus .vt dicam infra. Quandoq; libellus eſt in-
eptus actionis.⁊ poteſt eſſe multipliciter.primo:vt quia narro con
cludentia actionem et peto condemnari officium iudicis implorã
do:⁊ talem actionem vel obligationem non ſupponit.vt.ff.de actio
ne empti.lege qui per colluſionem:ſed; ſaluatur : quia videtur in-
tentatum officium actionis deſeruiens. dicit butrigarius.in lege
harum.ff.ſi ſeruit.vendi.C.de vſuris.lege quarta.et lege in contra-
23 ctibus.ex quibus cauſis maiores. ¶ † Secundo modo eſt inepta
actio reſpectu materie.ſuper qua intentatur : quia rei vendicatio-
nem intento pro re incorporali :et ſi hoc conſtaret reijceretur libel-
lus. Si tamen non conſtat verbum vendicatio.latiſſime ſumptum
comprehendit confeſſoriam : et procedit libellus : dumtamen in-
tentio ſit apta vt dixi ſupra poſt Innocentium. ¶ Tertio modo
actio dicitur inepta reſpectu intentionis : quia narratio et conclu-
ſio ſunt apte : ſed reſpectu facti deficit intentio : quia narro titium
poſſidere.dico me dominum et peto condemnari ad reſtitutionem
hic libellus ab initio procedit: ſed conſtito quod intentio ſit in-
epta : quia ille non poſſidet : ſed ego :reijcitur agens et pronuntia-
tur intentionem non tenere vt hic:vel dicitur ſibi ne ſe fatiget in
proſequendo.de reſtitutione ſpoliatorum.capitulo primo . Idem
ſi deficiat in directorio actionis. ¶ Quarto modo eſt ineptitudo
actionis reſpectu iuſtitie:quia narratur ius competere et vere non
competit:tunc ſi defectus iuris eſt notorius non procedit.et reijci-
tur libellus.vt notat Innocentius hic in additio.⁊ in capitulo pri-
mo.de officio vicarij.de libello obla.capitulo ſecundo. Si non eſt
notorius procedit libellus.ff.de inofficio.teſtamento.lege poſthu-
mus.§.primo.ff.familie herciſcun.lege cum putarem . Quandoq;
libellus eſt ineptus reſpectu modi agendi : vt quia non eſt pro-
portionabilis via agendi ad id ad quod agitur : licet alia propor-
tionetur:vt quia poſſum accuſare:eligo viam denuntiandi vel poſ
ſum denun-

ſum denuntiare:eligo viam accuſandi ⁊ non procedit libellus.de
deſpon.impube.ad diſſoluendum:puto tamen quod ſi talis ſit ma
teria:in qua iudex ex officio ſupplere poſſit quod ſi ſint talia narra-
ta ex quibus iudici innoteſcat:quia reiecta concluſione accuſatio-
nis poterit procedere vt ſuper intimatione:et denuntiatione qua-
dam:vt eſt caſus recte intuenti in dicto capitulo ad diſſoluendum.
Si tamen libellus comprehendere poſſet duas vias:vnaꝫ compe-
tentem:alteram incompetentem:adhuc procederet libellus. vt ſu-
per competenti:quia libellus eſt diuiduus ⁊ indiuiduus:vt ille nõ
inficitur ab inutili:vt in regula vtile.⁊ nota in dicto capitulo ad diſ
ſoluendum.ad hoc de.reſcriptis inter ceteras.ad hoc lege ſi a te.§.i.
de exceptio.rei iudi. ¶ Uenio ad ſecunduꝫ circa quod videndum
eſt. Primo quando ſuper ineptitudine libelli ſit ſententiandum.
Secundo qualiter.Tertio de effectu ſententie ſuper ineptitudine:
24 ⁊ cum hoc expedio glo.vlti. ¶ † Oppo.quod iudex ſtatim debeat
lacerare libellum ⁊ ſententiare ſuper ineptitudine.ꝫ.eo.cauſam.ff.
de offic.aſſeſ.lege prima.de deſponſa.impube.ad diſſoluendum.de
electio.conſtitutus.gl.dicit quod ſi ineptitudo eſt ſolennitatis pa-
tens ex ſerie libelli.vel alias notoria.iudex debet illam ſtatim reij-
cere:que dicit vera Inno.ſiue appareat ineptitudo ex forma libelli.
Idem ſi notoria eſſet ineptitudo licet non propoſita.ꝫ.de offi.vica
rij.c.j.⁊ quod ibi no.dicit autem quod reijcit libellum abſoluendo
reum ab inſtantia iudicij:et condemnando actorem in expenſis.ff.
de iudi.l.eum quem temere:dicunt etiam aliqui vt Innocen.quod
iudex poteſt libellum dentibus lacerare.vt not.in illa.l.j.ff.de offic.
aſſeſſo.et hoc maxime:quando ex tenore libelli patet defectus po-
teſtatis ſeu iuriſditionis quo caſu facto iudicat libellum inciden-
dum.xi.qõ.i.ſacerdotibus.Sed ſi libellus ſeu libelli ineptitudo eſt
dubia:ſtatim non eſt reijciendus libellus:quia licet iudex ſupplere
debeat de iure.de facto ſupplere non debet:ſuppleret autem de fa-
cto.quicquid ſenſerit Abb.⁊ Hoſtien.ſi ſupplerent factum dubium
vt certum:ſupponendo:⁊ propria autoritate examinando quam-
quam enim ſupplere de iure ſit reijcere libellum:quando eſt inept⁹
non eſt ſupplere de iure examinando factum dubium ex quo ſurgit
libelli ineptitudo.non putat tamen Innocen.libellum ineptum:ſi
nec actor:nec reus poſſideat.vt lite non conteſt.quoniam.§.quod
ſi ſuper.⁊ ſic falſitas cauſe non reddit petitionem ineptam niſi ſit
notoria.Erit auteꝫ notoria vbi pendente iudicio detecta eſt inepti
tudo ſententiando intentionem non tenere.vt dicit hic gloſſa et ſic
debet intelligi ⁊ declarari quod ſcribit ſpecu.in titu.de offi.iudi.§.
de ſer.ver.in ſentente quocꝫ prolatione.⁊ idem tenet Frede.ſuo cõ-
ſilio cen.Si tamen quoquomodo tolerari poteſt petitio admitten-
da eſt:quia interpretandus eſt libellus pro actore.ff.de indic.lege ſi
quis intentione.⁊ lege ſolemus.ſecundum Innocentium.⁊ ſi dubi
tetur quomodo hic erat ineptitudo.dicit Innocẽtius quod appa-
ret eo quia ſuper tali libello non poteſt aliqua promulgari ſenten-
tia condemnatoria vel abſolutoria:ſi enim abſoluat reum non pro
deſt ei:quia non poſſidet:⁊ ſic nõ proderit ſententia:et ſi poſtea poſ
ſidere ceperit eidem agenti nõ obſtabit exceptio rei iudicate:pro-
pter nouam poſſeſſionem.Item eum condemnare non poteſt:pro
pter impoſſibilitatem ſententie.et contra ius vt rem reſtituat quã
non poſſidet:nec poſſedit:vel ad minus dolo non deſijt poſſide-
25 re.¶ † Ad ſecundum qualis erit ſententia:dic quod vbi ab initio
eſt notoria:vel apparens ineptitudo ex forma:ſententia erit inter-
locutoria ab obſeruatione iudicij:cum condemnatione expenſarũ:
poterit etiam facto pronuntiare lacerãdo libellum vt hic dicit In-
nocentius.ff.de aſſeſſ.lege prima vel incidendo.vndecima queſtio-
ne prima ſacerdotibus.ſi libellus eſt ineptus et notoria iniuſtitia:
ſatis puto quod poterit ſententia ferri diffinitiua:tanquam ſuper
notorio:ita quod non erit tantum interlocutoria:facit quod dicaꝫ
de exceptio.litis finite.infra de exceptioni.paſtoralis.⁊ quod nota.
de lit. conteſta.capitulo primo.libro ſexto.Quandocꝫ libellus nõ
eſt euidenter ineptus:ex ſui ſerie vel forma:quia formaliter narra-
tur:et concluditur:ſed detegitur in probationibus ineptitudo in
intentione vel directorio actionis.Petrus dicit quod formalis ꝓ-
nuntiatio eſt:vt litera dicit vt pronuntietur intentionem non tene
re quod ſequitur hic Innocentius ⁊ ſpecu.in loco proxime allega-
to.videlꝫ in dicto verſiculo in ſententia.et dicit petrus quod erat
interlocutoria:et quo ad inſtantiam tantum:vt patet hic:q᷑ aptaꝫ
proponere poteſt ſecundum pet.puto quod ſi ſuper libello pronun
tietur aliquid pro actore:vt quia feratur declaratoria pro eo quod
fieri poteſt.vt dixi ſupra quod hec erit diffinitiua.Si pronuntia-
tur contra actorem tantum videtur quod ſit diffinitiua:quia non
ſolum finit inſtantiam:ſed ius agendi.nulli enim eſt dubium hanc
ſententiam fore diffinitiuam per quam quis in reali abſoluitur:
quia non poſſidet:ſicut illam.quia non probauit:quicquid ſenſerit
Innocentius.de officio delegati.cum contingat.vnde non debet
pronuntiari abſoluendo ab obſeruatione iudicij:ſed pronuntiabi-
tur intentionem non tenere.vt hic dicit Innocentius ⁊ ſpeculator
in loco preallegato.Non obſtat ſi dicatur:non eſt diffinitiua:quia
ſi poſtea aptam producat auditur:quia dico pront prius ageba-
tur ex illa diffinitiua eſt:et niſi mutet actionem ſtantibus terminis
vt prius non auditur:nunquam enim illam iterare poterit:niſi no-
ua ſuperueniat poſſeſſio ex parte rei:et tunc noua dicetur actio:et
ex noua cauſa non ex antiqua. de exceptioni.aduerſario:niſi dica-
mus eam interlocutoriam hoc reſpectu:quia non tollit ſubſtan-
tiam actionis:ſed ſolum ius actionem dirigendi:hinc eſt quod vt
dixi.poteſt ferri ſententia pro actore.vbi probauit intentum reſpe
ctu iuris ſui:ergo abſolutoria non totaliter finit ius actoris.alias
illa agere non poſſet ſuperueniente noua poſſeſſione quod eſt fal-
ſum.vt dicta lege ſi a te.§.primo.et de exceptioni.aduerſario.quod
tamen non puto tutum cum negari non poſſit:quin ſemper opor-
teat cauſam agendi mutare.ſi agere velit ſuccumbens.ibi autem
dubium eſt.an ſententia fuerit ab obſeruatione iudicij.vt quia ſim
pliciter reus fuit abſolutus:ſi inepta eſt petitio.in dubio preſume-
re debemus eam latam propter ineptam petitionem:quia ſecun-
dum precedentia intelligi debet ſententia.ff.de ſuſpecti tutoris. le-
ge hec enim nota.de electio.ſuper eo.et in regula in penis.de regu-
lis iuris libro ſexto ſicut dicit ſpecula.in titulo de officio iudicis.§.
deſeruit.verſiculo quid ſi iudex.ad hoc gloſ.in lege prima.§. primo
ff.ſi menſor falſum modum dixerit.⁊ vbi ex actis non pateret.dicit
ſpecula.quod poterit hoc probare per iudices et conſiliarios cauſe
argumen.lege tertia.ff.de ſuſpectis tuto. Unum aduerte quod ſen
tentiando debet exprimere cauſaꝫ quando abſoluit ab obſeruatio
ne vt hic eſt caſus:adeo quod ſi non exprimit Ioãnes andree tenet
26 in capitulo finem. de dolo quod non valet ſententia. ¶ † Ad ter-
tiuꝫ de effectu ſententie ſuper inepto libello.an ſi ſuper eo pro acto
re pronuntietur aliquo caſu valeat ſententia:⁊ an pronuntiari poſ
ſit hanc queſtionem tangit ſpecul.in titulo de officio iudicis dicto
§.deſeruit.verſiculo quid ſi iudex.vbi dicit quod quandocꝫ libellus
eſt ineptus reſpectu rei petite:quia ius quod petitur non propor-
tionatur ad rem:⁊ tunc ſpecula.dicit quod ſi actor probat eius in-
tentum ⁊ actio poteſt quoquomodo proportionari intentioni agẽ
tis:puta ſi per confeſſoriam petuntur vſuſfructus earum reruꝫ que
vſu conſumuntur:ſi probet vſufructum condemnabitur ſibi aduer
ſarius:licet improprie petierit vſufructuꝫ:quia vſum petere debuit
ff.de iureiurando.lege ſed ⁊ ſi poſſeſſor.§.penulti.ſi non poteſt ad-
aptari negotio de quo agitur abſolutio eſt facienda vt ſupra dictũ
eſt:et ſi ferretur ſententia ſuper probato:non teneretur tanquaꝫ ſu-
per non deducto.Attende tamen quod ſi verba libelli forent gene-
ralia:et incerta reſpectu rei.⁊ aliquid certum probaretur.illud vide
retur deductum quod eſt probatum.vt dicit Bartolus in lege inter
ſtipu.§.primo.ff.de verborum obligatio.Sed an teneat condemna
tio vel ferri poſſit.dic quod quãdocꝫ eſt ineptus ex ſerie libel. quia
patet defectus iuris agendi notorius et impoſſibilitatis inſtantie
vt quia filius agit contra patrem cum quo lis nulla eſſe poteſt.ff.de
iudi.lege lis nulla.et tunc non tenet ſententia ſuper inepto libello.
Idem puto ſi ex cauſa notorie deficiente eſt ineptus:quod non va-
leat de re iudica.capitu.inter ceteras.de appella.ſollicitudinem.§.
ſi vero:ſecus ſi non eſſet notoria.ff.famil.herciſcunde.lege cum pu-
tarem.ff.de inoffi.teſtamen.lege ſi quis poſthumus.dicit glo.inſtitu
ta.de obliga.circa princip. Quandocꝫ libellus eſt ineptus ratione
forme:vt quia deficiunt formalitates libelli.et ſatis puto quod nõ
poteſt ſuper illo pronuntiari quantumcuncꝫ conſtet ſuper eo de in
tentione agentis:quia deficiente forma libelli deficit petitio.⁊ con-
ſequenter lit. conteſta.et fundamentum ſuper quo eſt dicenda ſen-
tentia:vnde hec eſt de ſententijs.que reddunt iudicium retro nullũ
vt dicit butriga.C.de procurato.lege licet.vbi dicit quod exceptio
libelli male concepti poterit opponi quandocuncꝫ.alleg.legẽ libel
lorum.ff.de accuſa.vbi nomen rei aboletur patente ineptitudine li-
belli:ergo ⁊ poſt lit.conteſta.admittitur talis exceptio. Quandocꝫ
libellus eſt ineptus ex intentione vel directoria actionis ⁊ inquan-
tum fertur ſuper ſubſtantia actionis declaratoria pro actore valet
ſententia lege ſi a te.§.primo.ff.de exceptio.rei iudica.Inquantum
fertur contra reum:ſi agens haberet poſſeſſionem inutilis eſſet ſen
tentia. altero autem poſſidente:quantumcuncꝫ condemnaretur
ad reſtitutionem poſſeſſionis.Puto non valere ſententiam:tan-
quam continentem impoſſibilitatem.non enim poſſumus dicere
iſtum teneri ad intereſſe tanquam liti ſe offerentem.cum ſemper ne
gauerit ſe poſſidere:et ſic nõ obſtat lex is qui ſe liti.ff.de rei vendica-
tio. Quandocꝫ libellus eſt aptus ex cauſa agendi:ſed ineptus in
actione:vt quia dico me dominum.peto condemnari ad reſtitutio
nem rei:et hoc actione ex locato.vel dico te obligatum:quia depo-
ſui:quare peto te condemnari.⁊ hoc actio ex locato. Innocentius
dicit quod ſi probetur cauſa.ineptitudo actionis non impedit ſen-
tentiam ſuper cauſa apta nihil allegat.hoc nõ placet Hoſtien. per
hanc decreta.ſed hic alia erat ineptitudo.hoc tangit ſpecula.in ti-
tulo de actio.et petitio.§.ſequitur.verſic.hoc quocꝫ.vbi Ioannes
andree tenet quod valet ſententia et promulgari poteſt:quia hec
inutilis additio ſit ex ſuperuacuo:inquantum deducit actionem:

ꝛ ſic ſeparabilis eſt a cauſa: quia ſui actione ꝛ cum cauſa agendi agi-
tur non vitiatur ergo vtile ab inutili ſeparabili: vt in regula vtile.
de regu. iur. Et idem ibi Joan. an. in addi. hoc tenet. idem hic Cal.
fatetur qđ ſi ab initio opponatur de ineptitudine ꝛ illam nõ remo
uet repellitur: quia apparet quod eius intentio eſt inepta. Jdeo nõ
debet audiri. alleg. de con. diſtinc. iiij. ſi non ſanctificatur. Jdeꝫ Cy.
in. l. j. C. vt q. deſunt aduoca. contrarium conſueui tenere. ꝛ ſequi vi-
detur Cyn. in. l. ij. C. loca. vbi ſi locator narrat quod locauit et petit
ex conducto: pro eo non eſt ſententiandum: probo hoc ex actione
agitur. non ex ſola cauſa circunſcripta actiõe. l. j. §. deinde. ff. de ori.
iur. inſtitu. de actio. in princi. alias ſuperfluo fuiſſet actio introdu-
cta: ſi ſola cauſa ſuffeciſſet. Jlla ergo expreſſa: vel ex cauſa tacita col
lecta eſt illa ex qua agitur: ſi actor cauſam exprimit aptam. ꝛ actio-
nem ineptam. cauſam reſtringit ad actionem expreſſam. et excluſit
tacitam. C. de dotis promiſ. l. fina. ff. ſoluto matrimo. l. ſi cum dotẽ.
cle. conſtitutionem. de electio. in clemen. nõ poteſt ergo pronuntia-
ri ſuper cauſa: quia ex illa non agitur: ſed ex actione non ſuper taci-
ta actione ex cauſa ſurgente: quia illa eſt excluſa per expreſſam: non
ex actione expreſſa: quia illa non eſt probata in iudicio. igitur ꝛc. de
cauſa poſſeſ. cum ſuper. ꝛ ad hoc eſt quaſi caſus ſecundum vnum in-
tellectum. de reſtitut. ſpolia. cum ad ſedem: hoc tenere conſueui. re-
perio Joan. de ligna. concordare opi. An cauſa comprehendatur
in ſola narratione. vt dico quod locaui: quare peto te condemnari:
ꝛ hoc actione ex depoſito: ꝛ tunc nõ poſſit ferri ſententia ſuper cau-
ſa inepta: quia in illa non reperitur apta cõcluſio in cauſa etiam re-
petatur in concluſione: vt quia dicat dico quod mutuaui: quare pe-
to te ratione mutui cõdemnari: et hoc actione ex locato: ꝛ tunc poſ
ſit ſuper cõcluſione pronuntiari: vtrobiqꝫ procedit ratio de quo. ſ.
quia ſemper ſe reſtringit ad actionem ineptam. et excludit aptam:
niſi dicatur qđ expreſſione inepte actionis non excludatur apta: q2
inutili hominis prouiſione non excluditur prouiſio competens de
iure communi. l. iiij. §. ex conuentione. ff. de re iudi. ꝛ not. Cy. in. l. ij.
C. de iure emphite. ꝛ no. in. l. fina. de pactis. Et hanc opin. ſequitur
Barto. in. l. j. ff. de eden. ꝛ hoc maxime de iure cano. in quo nõ eſt ne
ceſſarius vſus actionis: ꝛ ſic ex ſola cauſa agitur. Jdeo procedit cla
re tunc dictum Joan. andre. ꝛ cal. Si tamen ſetentiaret: an teneret
ſententia. ſi ſuper cauſa apta ꝛ probata: planum quod valeret: ſi ſu-
per actione inepta: adhuc valeret: ſi reſponſio ad libellum cõclude-
ret ad actionem. alias non: hec vera. vbi cauſa narrata eſt omnino
diſproportionabilis ad actionem ineptam: quia tunc actio non po
teſt reſtringere cauſam. vel illam trahere ad ſe: ſed vbi cauſa narrata
poteſt adaptari actioni inepte: non ſequitur ſententia: quia tunc
actio reſtringit ſe ad caſuꝫ: licet et apte poſſit proportionari; vt ſi
narro quod talis metitus eſt agrum pro pretio tanto: narratio hec
poteſt proportionari actioni ex edicto. ſi menſor fal. mo. ꝛ poteſt ꝓ-
portionari actioni ex locato contra eum ago ex illo edicto: ſed non
ex locato. ſed peto condemnari actione ex locato. declaro ad quid
mihi narrauerim metitus de eo qđ eſt: ꝛ ſi inepta eſt actio: ꝛ ex actio
ne declaratur inepta cauſa: ꝛ fortius idem ſi ſimul cauſa ꝛ actio eſſet
inepta vt ibi. ſic intellige glo. in. l. j. ff. ſi meſ. fal. mo. di. ſi tamen ſen-
tentietur tenet ſententia contra ius litigatoris. Quandoqꝫ libellꝰ
eſt ineptus ex cauſa ꝛ actione: ꝛ puto ſententiam nullaꝫ: quia ſuper
non petito: vt quia contra menſoreꝫ narraui in actione ex conducto
vel locato: narrando qđ conduxi ad metiendum agrum; poſtea pro
baui ſuper menſura ꝛ tulit ſententiam ſuper locato illa tenebit: li-
cet contra ius litigatoris ſuper actione autem preſcriptis verbis ex
edicto nõ teneret: quia non deducta: hec ſic dubia procedunt quan
do non poteſt actio aliquo modo proportionari cauſe: ſed ſi poteſt
quomodo proportionari licet improprie: quia tũc valet ſententia:
et pronuntiari poteſt: quia libellus latiſſimi iuris eſt. de cauſa poſ-
ſeſ. cum eccleſie. de iudi. ſi quis intentione. ꝛ lege ſolemus. nam ſi di
co depoſui penes te librum: quare peto te condemnari ad reſtituen
dum. ꝛ hoc rei ven. nam depoſitarius eo quia depoſitarius non in-
tentat rei ven. ſed bene eo quia dominus; ꝛ quamq̄ ſe dixerit depo
ſuiſſe non dixit per hoc ſe dominum ꝛ depoſituꝫ proportionari po
teſt domino: ideo poteſt ſuper depoſito pronuntiari. ſic dicit. ſpecu
la. in titu. de acti. ꝛ peti. §. hoc quoqꝫ notandum: in principio: ꝛ fuit
dictum Jaco. Bal. per que dicit ſpecula. in titu. de offic. iudi. §. de-
ſeruit. verſicu. Jtem quid ſi libellus. quod ſi petatur per confeſſoriã
vſufructus rei: que vſu conſumitur vt pecunie: quia in ipſa nõ cadit
vſufructus: ſed vſus poterit ſentẽtiari ſuper vſu: quia quoquomõ li
bellus proportionatur: ſaltem in lata ſignificatione. alleg. ff. de iu-
reiuran. l. ſed et ſi poſſeſſori. §. preſbyter. nam in dubio libellus de-
bet intelligi productus ſuper iure libellanti competente. vt no. Jn
nocen. ſ. eo. ceterum. no. Hoſtien. de offi. ordina. cõquerente. Jdeo
ſi libellus eſt datus ſuper actione ſimpliciter: illa videtur intentata
ſit vtilis vel directa: que libellanti competebat. vt ibi no. ad hoc qđ
no. glo. in. l. ſi mater. §. eandem. ꝛ ibi Barto. ff. de excep. rei iudi. per
Cy. C. de tranſactio. lege vbi pactum. ꝛ lege. j. C. de actio. ꝛ obligat.
ꝛ Barto. ff. de actio. ꝛ obliga. lege. j. fatetur quod in libello ſuper do-
minio: non poteſt ferri ſententia ſuper quaſi dominio: vt ipſe ibi no
tat licet Jnnocen. dicat in dubio deductam directam. argu. l. nec vl-
lam. §. ſi quis ſciens. ff. de petitio. heredita. ſic ꝛ alias dicit Barto. li
bellum debere intelligi ſecundum illum modum qui magis facit ꝓ
actore vt ſcribit Barto. in. l. ſtipu. non diui. ff. de verborum obliga.
tertia queſtione circa practicam. verſicu. ſed circa hoc quero: ꝛ etiaꝫ
improprietatis verbis. et hoc tenent Jnnoc. ꝛ Hoſtien. de offi. ordi
na. conquerente. vt ſi dicat ſe dominum intelligatur de quaſi domi
nio: hoc non placet vt dixi ſupra: inquantuꝫ dicit de quaſi dominio
non ex defectu verborum: ſed ex quadam contrarietate. ꝛ ita ſi dicat
ſe poſſeſſorem intelligitur de quaſi poſſeſſione. dicit Guil. de cug.
in. l. Jtem ſi poſſeſſori. §. Jtem ſi iurauero. ff. de iureiuran. ad hoc di
ctum Jnno. de reb. eccle. non alienan. epiſcopi. Bart. in. l. ſi mater.
§. eandem preallega. Cyn. in lege. j. de iure emphi. in. iiij. q. Barto.
in. l. ſi olei. C. locati. ꝛ in lege ſcire debemus. de verborum obligat. ꝛ
hoc tene: quicquid ſenſerit ſpecu. in titu. de acti. ꝛ peti. §. ſequitur.
verſicu. hoc autem. de quo dicam infra. de dila. litere. poſt Jnnocẽ.
vbi remiſi ad ſpecu. qui idem dicit. quod hic ſupra dixi: quod tenẽt
domini de rota ſua conclu. clxxiiij. Quandoqꝫ libellus non eſt ine-
ptus in ſubſtantia actionis: ſed in ſola qualitate: quia narratio et
concluſio concludit ad actionem directam: ꝛ competit ſibi ſola vti-
lis vel econuerſo: ꝛ ſic ſuper libello directe probata eſt vtilis. gl. tan
git in dicta lege ſi mater. §. eandem. ꝛ Cy. in lege. j. C. de acti. ꝛ obli-
gatio. ſpecu. in titu. de acti. ꝛ peti. §. ſequitur. verſicu. in ſumma. ad
fineꝫ. §. tenet quod non fertur ſententia pro agente: ſed ſequi debet
abſolutoria ab obſeruatiõe iudicij quaſi ſit inepta petitio. ff. ſi meſ-
ſor fal. mo. di. in. l. j. §. j. ꝛ hic: ꝛ debebit iudex inſerere cauſaꝫ abſolu
tionis in petitione. vt no. j. de re iudica. ſicut per quem. in verſicu. ſe
quen. dicit quod arctatur actor ad exprimendum: an proponat dire
ctam vel vtilem. ne actionum turbentur officia: ſaluo niſi ex propo
nendi modo ꝛ cauſe expreſſione: appareat quam intentet vel vtileꝫ
vel directam: niſi aliud videatur iudici ex circunſtantijs. hanc opin.
tenet pe. per legem ſi cum argentum. §. ſi fundum. ff. de excep. rei iu-
dica. ꝛ per. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager. vecti. vel emphi. pet. ad
hoc quod no. butri. in lege emptor. C. de heredi. vel acti. ven. vbi di-
cit quod nunquaꝫ quis cenſetur agere velle actione ceſſa: niſi de ceſ
ſione faciat mentionem. Bart. in dicta lege prima. dicit quod ſi li-
bellus habet ita lata verba quod intentata directa poſſit compre-
hendere vtilem interpretatur illam deduxiſſe. ꝛ ſuper illa promul-
gatur ſententia: ſed ſi verba libelli omnino ſunt improportionabi-
lia vtili. dicit quod non promulgabitur ſententia ſuper illa: quia li
bellus a principio eſt ineptus. ff. ſi menſor fal. mo. dixe. lege prima
primum tamen dicit euidentius patere in reali quam in perſonali
cum in reali exprimitur cauſa proxima magis generalis: in perſo-
nali remota magis ſpecifica. Jdem tenet in lege ſi mater. §. eadem.
ff. de exceptio. rei iudi. ſpecu. in titu. de ſenten. pro. §. qualiter. verſi.
quid ſi lis. ad finem. §. tenet quod ſuper vtili ſententiare poteſt ꝛ va
let ſententia: quia ex quo ſibi liquet de debito non eſt locus alijs cõ
iecturis: quia notorium eſt. alleg. ff. de priuileg. credi. l. ij. ꝛ gloſ. in. l.
j. in fine. ff. ſi meſ. fal. mo. dixe. ꝛ idem tenent domini de rota ſua con
cluſione. clxxiiij. quod non placet: quia non deductum non eſt no-
torium glo. de confeſ. c. fina. ꝛ not. de cohabita. clerico. ꝛ mulie. tua
ad hoc quod no. Bart. ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quid tamen: quia
alteratio qualitatis; ex qua ſubſtantia facti narratur: narrat excep.
rei iudica. hec vera quando a principio competebat vtilis ꝛ intenta
ta eſt directa: vel econuerſo: ſed ſi a principio cõpetebat directa que
eſt intentata: ꝛ pendente iudicio variata eſt in vtilem: vel econuer-
ſo: tunc bene poteſt ex eadem inſtantia ſequi condemnatio. de quo
per Cynum. in. l. j. C. de ali. iudi. mutan. cauſa facta. ꝛ butriga. inſti.
de actio. ſuper rubrica. Bar. in lege quamq̄. §. iulia. ff. de aqua plu-
uia arcenda. ꝛ ibi concludit Bart. quem ſequor ſententiam promul
gari poſſe: quia vel vult ſententiam ferri ſuper vtili. ꝛ poteſt. l. cum
hereditatis. ad trebel. ꝛ lege. j. §. j. e. titu. vbi inſtantia ſuper directa
contra heredem tranſit ad fideicommiſſum in vtili. ad hoc. l. ij. §. ſi
ſub conditione. de ſecun. tabu. inſtitu. de noxa. §. omnis. coniuncta
lege ſi ſeruus. ff. de his qui no. infa. ff. de pecul. lege queſituꝫ. in prin
cipio. ſi vult ſententiare ſuper directa. adhuc poteſt: quia ex quo ab
initio competebat eius alteratio ſine facto meo non impedit quo
minus poſſit ſuper illa ſententia ferri: etiam ſi alteretur actionis
ſubſtantia. de rei vend. l. ſi poſt acceptum: multo minus: ſi alteretur
27 ſola qualitas ſic dicit ibi Barto. ꝛ hoc ſequor. ¶ † Ex his patet qđ
ſi dedi libellum ſuper actione depoſiti poſtea in proceſſu iudicij ꝓ-
bauerim commodatum: an poſſet ſequi ſententia. videtur quod ſic:
quia conſtat de debito commodati. ff. de priuileg. credit. l. ij. et quia
in incertis ꝛc. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligat. hoc tenet
ſpecu. nihil aliud allegans. in titu. de ſen. prola. §. qualiter. verſicu.
quid ſi lis. ad fi. §. Ego credo ſententiam ferri non poſſe vt ſuper nõ
deducto. etiam ſi de eo conſtaret confeſſione. idem Joannes andree
in additio. ſpecu. in titu. de actio. et petitio. §. ſequitur. verſicu. hoc
quoqꝫ notandum. vltra medium additionis magne. Dicit tamen
Joan. an.

Jo an.in predicta addi.qȯ vbi de debito ex altera cã conſtat cõfeſ-
ſione ſumma eſt equitas qȯ ſuper eo in eadem inſtantia ſequaꝛ ſen
tentia ex quo nihil opponit qȯ obſtet actori ſecus ſi aliquid obſta-
ret:vt quia dicat cõmodatum ſed vſum non completũ.Sed in con-
trarium eſt qȯ dicit glo.de confeſ.c.j.⁊ quod no.doc.de cohabi.cler.
⁊ mu.tua.in materia notorij:vbi ſi ſup libello dato in vna cã fiat cõ-
feſſio in ſeparata ſuper illa non põt fieri cõdẽnatio:q2 per illã nõ ſe
det iudex ad hoc.de ord. cogni.cum dilectus.de except.c.j.vbi con-
feſſio criminis non tenet ſi nõ punitur ex eadem inſtantia ſatis pu
to quod ſi a principio porrecti libelli antequam fiat conteſtatio ſu
per illo hoc debitum cõfitetur:qȯ ſuper confeſſione poteſt fieri pre
ceptum de ſoluendo non vt ſententietur ſuper libello porrecto ſi ex
poſt facto apud eadem acta confitetur debitum ex altera cauſa non
poterit ferri ſententia:niſi aliud habeat verborum latitudo libelli.
¶ Nunquid autem ſi egi ex mutuo ⁊ probetur confeſſio ex mutuo:
poſſit ſequi condemnatio.vide in ſpecu.de teſti.§.opponitur.ver.
ſed pone egi.de quo ⁊ ſimilibus queſtionibus plene dixi.j.de fide in
28 ſtrumento.c.ſi cautio.dicendum eſt vt ibi.¶ † Ex his deciditur du
bitatio:an ſi peto fundi medietatem ad me ſpectare ꝓ diuiſo:⁊ aliã
fundi medietatem ad me ſpectare pro indiuiſo:an ſequatur condẽ-
natio.Hanc queſtionem tractat Frede.in ſuo conſi.cliiij.⁊ cõcludit
condemnatoriam ferri non poſſe:ſed abſolutoriam ab obſeruatio-
nem iudicij:⁊ ſi poſtea petat partem dimidiam pro indiuiſo audiri
debet.Non obſt.exceptio.rei iudica. Primo: quia non põt in alio
ꝙ in petito condemnare.ff.cõmuni.diui.l.vt fundus.ſuper petitio
ne.ergo pro diuiſo non poteſt formare ſentẽtiam pro indiuiſo. Se
cundo quia regulariter iudex non pronuntiat ſuper alia re ꝙ petita
ſi pars fundi pro diuiſo eſt fundus per ſe: quia diuiſiõe cõſtituitur
fundus vt.l.quod in rerum.ff.de leg.j. pars fundi pro indiuiſo non
eſt fundus:ſed pars fundi igitur ⁊c.Item petendo partem fundi ꝓ
diuiſo deſignat certam partem ſed pro indiuiſo non:quia in quoli-
bet globo terre habet partem ſuam . Alia ergo eſt res ſuper eo igiꝛ
non poteſt fieri condẽnatio.ad hoc alle.inſti.de actio.§.ſi.quis.vbi
ſi quis petit aliud pro alio abſoluitur reus ⁊ auditur petens qȯ de-
betur deciſio placet : ſed puto qȯ abſolutio erit diffinitiua : quia ex
quo variatur res quo ad rem ſuper qua eſt pronuntiatum:ſi eodem
modo deducatur obſtabit exceptio erit ergo diffinitiua : quia alia
eſt actio in ſpecie competens ad fundum pro diuiſo: ⁊ alia compe-
tens pro indiuiſo ⁊ variata re:dicitur variari agẽdi cauſa.vt.l.ſi ge
cum totum.⁊.l.ſi mater.§.finali.⁊.l.ſequen.ff.de exceptio. rei indic.
29 ¶ † Sed eſt dubium:an abſolutione facta ab obſeruãtia iudicij:ꝓ-
pter ineptam petitionem perimatur iuriſditio delegata: vt cogno
ſcere non poſſit:ſi apta proponatur. Pe.⁊ Abb.hic.⁊ Guil. in ſpe.
de officio iudic.§.deſeruit.verſi.quid ſi proponens.tenet quod nõ
expiret iuriſditio cum vſq; ad ſententiam diffinitiuam ⁊ poſtquã
fuerit executioni mandata:vel ſaltem vſq; an annum habeant iuriſ
ditionem.de offi.delega.querenti.⁊ idem Hoſtien.de officio deleg.
conſuluit.licet Guil.na.diceret contra.per decre.in literis. de offic.
delega.⁊.c.ſignificantibus.ſed dicit Joan.an.quod pro prima par
te facit.j.eodem.c.primo.⁊ ad contraria reſpondetur ſm Franc.qȯ
contraria procedunt in ſententia diffinitiua : ſecus in interlocuto-
ria dic ſi ſola alteratur inſtantia ⁊ non actio procedit opi.prima:vt
non finiatur iuriſditio: quia non limitatur communiter iuriſditio
ad inſtantiam:ſed limitatur ad fin.cauſe.j.eodem.c.penultimo.Si
alteretur actio vt eſt neceſſe in terminis ꝓpoſitis. c.noſtri.q2 agere
non poterant quin alteretur actio: intelligendo quod egit rei ven.
puto quod tunc non poterit delegatus cognoſcere niſi latitudo li-
belli habeat aliud.Si alteretur ſolum directorium actionis:q2 pri-
mo agebat cõfeſſoria ad reſtituendum nunc agit ad turbandum co
gnoſceret idem delegatus dummodo concluſio reſcripti hoc pate-
retur proprie vel improprie.vt not.de reſcrip.ſuper literis.Si alte-
retur ſola qualitas:vt quia agebatur directa:nunc agitur vtili ſi ita
factum narretur quod non poſſet proportionari concluſioni:⁊ nar
rationi reſcripti non poterit cognoſcere:alias ſic per not.in. dicto
c.ſuper literis.¶ Ultimo glo.hic tangit vnum.in fi. quòd expedi-
tum puto per dicta.ſ.c.dilecti.ideo non inſto. Anto.

1 ☞ Templi preceptores poſſunt agere ⁊ defendere pro ſuis domi
bus nec eis obſtat religio vel quod eorum ſit ignota origo.nu.18.
2 Clerici ſeu perſone eccleſiaſtice poſſunt agere contra laicum in fo-
ro ſeculari.
3 Priores ⁊ preceptores eccleſiarum tanꝙ habẽtes adminiſtrationẽ
agere poſſunt pro prioratibus ⁊ adminiſtrationibus ſibi cõmiſſis.
4 Religio ⁊ exceptio religionis non inhabilitat quem ad agendum
pro ſuis adminiſtrationibus.
Fallit in clauſtralibus non habentibus adminiſtrationem.nu.7.
5 Agere quis non impeditur propter defectum notitie ſue originis
vel qualitatis perſone dumtamen ſciatur quod habeat ius agendi.
6 Judex eccleſiaſticus poteſt cohercere iudicem ſecularem non admi
niſtrantem iuſtitiam clerico:⁊ ſic eſt hic caſus in quo iudex eccleſia-
ſticus ſupplet poteſtatem ſecularem:⁊ de illa ſe intromittit.
8 Priorum manualium officium quod ⁊ quale ſit.
9 Religioſi habentes adminiſtrationem an poſſint agere iudiſtincte
pro ſuis adminiſtrationibus vt ſi agant ⁊ velint ſuperiores agere
an preferantur ſuperioribus.nu.11.
10 Beneficio manuali vacante in poteſtate adminiſtrandi non ſucce-
dit capitulum vel conuentus ſed ſuperior domus.
12 Agendo pro re vna vbi plures habentes adminiſtrationem cõcur-
runt quomodo iudex poteſt eligere magis idoneum.
13 Adminiſtratores eccleſie an poſſint impediri per ſuperiorẽ ne agãt
pro re eorum adminiſtrationis vt ſuperiori debeat illis preferri in
agendo ſi agere vult.
14 Adminiſtratorum dolo aut culpa an teneatur locus inſolidũ etiã
ſi ſit pauperior ⁊ locupletior factus vbi quis bona fide contraxit.
15 Dolo qñ dicatur aliquid factum eſſe.
16 Adminiſtratores ſeu preceptores eccleſie per quos ſint inſtituendi
de iure communi ſi per electionem creantur vel curam habeant.
17 Prelatus agens pro negocijs eccleſie ante litem conteſtatam an te
neatur fidem facere quod ſit prelaus.
18 Infames conſueuerunt fugere propria loca ⁊ non poſſunt eſſe pro-
curatores vel iudices ⁊ non eſt fruſtratorium querere notionẽ eorũ
nationis iure ciuili.nu.19.
20 Religionis ingreſſe omnis tollitur irregularitas ⁊ infamia.

1 Cum deputati. ¶ † Preceptores tẽpli ꝓ
domibus ſuis agere ⁊ de-
fendere poſſunt.nec obſtat eis religio.vel qȯ eorũ igno-
ta ſit origo.Primo ponit iniuriam que inferebatur pre
ceptoribus templi.Secundo eam inhibet fieri. ſecũda. ibi ne quis.
2 ¶ † Nota primo perſonam eccleſiaſticam agere debere contra lai-
3 cum in foro ſeculari . ¶ † Nota ſecundo qȯ preceptor ⁊ priores iſti
manuales eo quod preceptores ſunt aut priores tanquam habẽtes
adminiſtrationes agere poſſunt pro prioratibus:⁊ adminiſtratio-
nibus ſibi commiſſis vide Innocen.de reſcrip.cum dilecta.⁊.c.edo
4 ceri.¶ † Nota tertio quod religio:⁊ exceptio religionis non inha-
bilitat quem ad agendum pro ſuis adminiſtrationibus.ad hoc de
poſtulatio.c.primo.vbi agit nomine alieno.dic vt in clemen. ſi reli-
gioſus.de procuratori.⁊ no.j.de re iudic.cum.J.⁊.A. poſt Innocẽ.
5 ¶ † Nota quod nõ notitia nationis,alicuius.dumtamen hoc ſcia-
tur quod habeat ius agendi:defectus notitie origi. vel qualitatis
perſone non impedit quem ab agendo: ⁊ ſic defectus accidentis ex-
trinſeci non vitiat actum:ex quo non concludit ad intrinſeca actus.
6 ¶ † Nota quod ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat immedia coher-
cere iudicem ſecularem non miniſtrantem iuſtitiam clerico:⁊ ſic ha
bes vnum caſum in quo ſupplet eccleſiaſticus poteſtatem ſecularẽ
7 ⁊ de illa ſe intromittit.¶ † Oppo.quod admittatur exceptio reli-
gionis.de qua in text.de poſtula.c.ſecundo.nam a religioſis appe-
tenda eſt quies animi:⁊ labor manuum.xvj.q.j.de preſentium. So.
obiectio procedit in clauſtralibus non habentibus adminiſtratio-
nem.Sed in habentibus adminiſtrationem non : quia ad agenda
negotia conſtituti agere ⁊ defendere poſſunt.de procura.petitio.⁊
8 c.dilectus.⁊.c.qui generaliter.lib.vj.ſm Hoſtien.¶ † Primo que-
ro quale ſit officium iſtorum priorum manualium:vel qui a ſuperio
re conſtituũtur adminiſtratores.dicit Inno.quod comparari poſ-
ſunt inſtitoribus qui preponuntur negotio dominico. de quibus.
de fideiuſſoribus.quod in quibuſdam per Innoc.⁊ hoc dicit quan
do ſuperior domus:an cuius prelato inſtituitur non ſolum eſt ſu-
perior domus:ſed etiã eſt dominator bonorum ⁊ rerũ ipſius:alias
ſecus.ff.de inſtitu.l.tertia.⁊.l.quicunq;.§.primo.⁊.§.ſi filio.compa-
rat etiam eos Innocen.cuſtodibus vel commendatarijs vel viſita-
toribus vel vicarijs:quia viſitare ⁊ curare debent loca ſibi per maio
rem magiſtrum commendata quorum officium habetur.lxx.diſtin.
ſanctorum.viij.queſtione prima.que nos.vij.queſtione prima. con
ſtitutum.de officio vica.per totum.xij.queſtione prima.quoniam.
9 ⁊ queſtione ſecunda . de laicis.⁊.c. ſequenti. ¶ † Secundo quero an
adminiſtratores iſti poſſunt agere indiſtincte pro adminiſtratoribus
ſuis:⁊ ſi agant et velint ſuperiores agere : an ipſi ſuperioribus pre-
ferantur vel ecõuerſo.Materiam hanc tractat Innocen. in tribus
locis hic.de reſtitutio.ſpoliato.olim.de relig.do. cum venerabilis.
⁊ de preſcrip.auditis.de maio.⁊ obedien. intra quatuor. vide Joã.
calde.in clemen.abbates.de reſcrip.dicit Innocen. quod quantum
cunq; tales adminiſtratores ad arbitrium ſuperioris poſſint remo
ueri.tamen dicti preceptores agere poſſunt: ⁊ cõueniri pro admini
ſtrationibus ſuis ⁊ non ſolum:ſed ſimpliciter eorũ ſuperiores age-
re poſſunt ⁊ conueniri:etiam ſi ſint plures qui poſſunt eos remoue
re.ff.de inſtitu.l.cuicunq;.§.fina.⁊ de reſtitutione ſpolia.olim.⁊.C.
de ſacro ſanc.eccle.l.ſancimus.ff.de tribu.l.procurationis. §.j.ff.de
exerc.l.prima.§.magiſtrum.⁊.§.eſt autem nobis.quia vt ibi dicitur
electio eſt debitoris quem preferat in cõueniendo.¶ Nunquid au-
tem preferatur ſuperior inferiori an econuerſo ſunt opi.quidam di-

cunt qđ ſi inferior eſt remouibilis ad arbitriuȝ ſuperioris in agen-
do prefertur maior:quia ſi poteſt illum ab adminiſtratione remo-
uere:qđ eſt maius:⁊ in totum:multo fortius a proſecutione cauſe.
ff.de procur.l.in cauſe:ſi eſt perpetuus preceptor ideſt qui non poſ
ſit ſine cauſa remoueri.de quo.j.de ſta.mo.monacho.§.priores.pre
ceptor ſuperior non poterit agere: pro rebus tunc ad iſtum perti-
nentibus.no.j.de reſti.ſpo.cum olim.de ſuc.ab inte.c.ſi.nec eſt vis
an non poſſit remouere ſine cõſilio:vel de conſilio capituli.j.de his
que ſi a prela.ca.quanto:quia nec etiam ardua negocia agit ſine eo:
vt.d.c.quanto:et tamen agere ⁊ conueniri poteſt ſine conſenſu ali-
cuius de reſcrip.edoceri.⁊ qđ ibi no. Item predicta procedere dicit
non adhibita differentia an bona loci particularis ſint omnino di
ſtincta a bonis ſuperioris domus:an non dummodo poſſit illum
remouere ad libitum:⁊ obedire teneatur de ſtando ibi:aut receden
do quia quando amouetur inde minor miniſter ſuperior admini-
ſtrat:quia licet ſint ſeperata bona in tantum etiam quod non poſ-
ſit portare ad domus ſuperiorem:tamen adminiſtratio eſt diuiſa
que bene poteſt eſſe penes plures preceptores:ſicut ⁊ penes plures
tutores:⁊ alios adminiſtratores.ff.de admi.tuto.l.inter plures.de
10 quo no.ſ.de reſcri.edoceri. ¶ †Nota hoc dictum Innocen.qđ va-
cante manuali beneficio in poteſtate adminiſtrandi : non ſuccedit
capitulum vel conuentus:ſed ſuperior domus:de quo nota.de re-
11 ſcrip.edoceri. ¶ †Secunda eſt opi.quam ſub dubio forte dicit me
liorem:vt nõ ſit differentia an rector ſit temporalis : an perpetuus.
Item non eſt differentia an poſſit remoueri ſine cauſa vel non. Itẽ
an vacante domo veniat adminiſtratio ad ſuperiorem:vel non:ſed
ſolum eſt differentia an ambo poſſint ſimul adminiſtrare:⁊ quis ſit
adminiſtratione ſuperior:⁊ tunc ambo poterunt conueniri.maior
tamen prefertur in agendo:ſicut eſt in exercitoribus.ff.de exerci.l
j.§.cum autem in prin.⁊ filio fami.C.đ bo.que lib.non ſolum.⁊ idẽ
in inſtitoribus.ff.de inſti.ac.l.cuicunqȝ:⁊ in prepoſito:et canonico:
quando agitur de prebenda:vt no.de preben.ex literis ⁊ in vicarijs
xcij.diſtin.c.ſi.xciiij.di.ca.j. Item nec eſt adhibenda differentia an
totum lucrum:vel dãnum:ad aliquem ſpectet : dummodo alterius
ſit adminiſtratio : vt no.de reſcrip.edoceri.fatentur tamen qđ pro
his adminiſtrationibus multi alij agere poſſunt:ſed non congrui-
tur:etiam ſi nõ habeant adminiſtrationem:de quibus no.de teſti.
cum olim plus tamen ſibi placet quod no.de excep.cum venerabi-
lis Innoc.in.d.capitulo cum venerabilis:diſtinguit:quod quan-
do adminiſtratio:ſeu prioratus eſt in vſus monachorum conceſſa:
quandoqȝ eſt ſolum eorum quo ad iuſpatronatus. ¶ Primo caſu
recitat duas opi.vna quod ſuperior abbas preferatur in agendo:⁊
defendendo:quia ſuperior dicitur proprie prelatus quamuis eccle-
ſia ſubiecta habebat proprium prelatum : ad vitam vel vicarium:
vel cuſtodem vel commendatorem quantumcunqȝ etiam bona ip-
ſius a bonis monaſterij ſint diſtincta quia abbas magis proprie di
citur prelatus ipſius eccleſie q̃ ille qui eam tenet per quem ⁊ abbas
ipſam poſſidet de reſti.ſpo.cum veniſſent.de ſup.ne.prela.ca.ij.vn-
de et apud abbatem ſunt non ſolum dominium et poſſeſſio rerum
ipſius eccleſie ſed etiam actiones.de reli.do.capitu.ij.de offi.ordi.
conquerente vbi de hoc fatetur tamen quod poteſt vterqȝ conueni
ri quia vtriuſqȝ eſt vnum conſiſtorium ⁊ vna adminiſtratio ſicut eſt
eſt vnum conſiſtorium epiſcopi ⁊ vicarij.de ap.Romana.libro.vj.
prefertur tamen ſuperior ſicut epiſcopus quo ad vicarium. ¶ Se-
cunda eſt opi.vt diſtinguatur inter vicarios perpetuos ⁊ tempora
les in temporalibus procedat quod eſt dictum ſicut ſunt priores
ſimplices preceptores et ſimiles quia cuſtodibus equirantur vt di-
xi ſupra.vnde tantum eſt agendum contra abbatem et abbas ſolus
ſuperior prefertur in agendo ⁊ ſic vbi eccleſia eſt cõceſſa in proprios
vſus monachorum agetur contra abbatem tantum ſuperiorem.
Si autem ſunt perpetui tunc ſicut ſine cauſa non poſſunt remoue-
ri a totali adminiſtratione etiam ſi ſint religioſi.de ſta.mona.mo-
nachi.ſic nec ab agendo ſeu defendendo. ¶ Secundo caſu principa
li:quando tantum habet iuſpatronatus tunc ſi agitur de iurepa-
tronatus patronos tangente agitur contra abbatem ſi de alijs tũc
non abbas conuenitur ſed ſuus prelatus.ſ.de officio ordina.cum
nos.de appellatio.bone.de inſtitu.cum veniſſent.concludit tamen
quod vbi ſunt plures qui conueniri poſſunt ſub eadem queſtione:
nomine alicuius eccleſie nunquam debet iudex procedere ad miſſ.
in poſſe.etiam ſi vnus ſit contumax.niſi prius alij vocentur.ff.de
mino.l.emilius.ff.qui.ex cau.in poſſeſſio.eatur.l. hec autem.fate-
tur tamen quod ſi legitimus defenſor eccleſie ſit conuentus :quod
ſententia lata contra eum mandabitur executioni contra eccle-
ſiam nec compellitur talis cauere: de iudica.ſolu.ff.de admi.tu.l.
vulgo.nam et alias certum eſt quod quilibet admittetur ad defen-
dendum:etiam ſine mandato:cum cautione.C.de ſa.da.l.vnica.C.
de procur.exigendi ſecundũ Inno.ibi.Inn.de reſtitu.ſpolia.olim.
concludit quod ſi agatur de reſtitutione:vel ſubiectione inferioris
eccleſie:agit ſuperior:⁊ non adminiſtrator inferioris domus. Idẽ
⁊ agatur de iure inſtituendi:quia hoc ius ſpectat ad ſuperiorem : et
non ad inferiorem :vt de re iudicata ſuborta. In alijs cauſis inferio
ris domus dicit quod ſuperior domus agit : ⁊ ſi eſt magna cauſa re-
quiruntur fratres:concludens quod in iſtis iferioribus: que ſic ſub
iecte ſunt alijs:quod de rebus eoruȝ faciunt ⁊ diſponunt ad libituȝ
⁊ preceptorem admonet:quando volunt omnes illi qui hanc pote-
ſtatem habent ſupra domos illas:agere poſſunt ⁊ conueniri : ⁊ ſem
per erit in optione maioris vt ceteris preferatur : vt dicta decreta.
cum olim.nam ſi poteſt minorem ab adminiſtratione domus remo
uere:multo magis ⁊ fortius poteſt ipſum remouere a lite agenda
ad hoc de tranſac.veniens.⁊ capitulo preterea.de preſcrip.ex tranſ-
miſſa.de deci.dudum.ad hoc de deci.ex parte.qui ſi. ſint legiti. per
venerabilem:⁊ quia etiam magis ſua intereſt cum in domo maioreȝ
poteſtatem habeat.ij.q.vj.biduum verſiculo in propria. Si tamen
maior minorem remoueret:tenetur per ſe:vel per alium :liteȝ defen
dere. Alioquin contra eum :tanq̃ contra contumacem procedere-
tur:de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.capitulo.ij.⁊.iij.ſecundum In
no. Idem fiet ſecundum eum : ſi inferior citatus in iudicio ſuperio-
rem nominauit:⁊ poſt ea apparet contumax vterqȝ. vt lit.non con
teſta.quoniã.§.qđ ſi ſup:quãqȝ eccleſie nõ ſunt ſic ſubiecte:ſunt tñ ali
quo modo ſubiecte ſicut ſunt eccleſie vel domus alicuius epatus vel
archidiaconatus:vl' archip̃ſbiteratus:qđ p̃latus rñdeat de ſpiritua
libus abbatibus:vel alijs perſonis eccleſiaſticis:vel etiam laicis pa
tronis:de preben.in lateranenſi .de priuile. cum ⁊ plantare .§.in ec
cleſijs:⁊ tunc ſpeciales adminiſtratores ſunt illi.qui habent pro re-
bus ⁊ in rebus eccleſiarum agere:⁊ reſpondere:⁊ admittuntur pri-
mo loco:quod ſi negligentes ſint:vel non poſſunt hoc agere:aliquo
iuſto impedimento detenti.tunc primo admittent ſuperiores ſpi-
rituales:⁊ in eorum defectu temporales:⁊ tandem omnes illi : quo
rum intereſt ſunt admittendi .xvj.q.j.conſtitutuȝ.⁊.q.vij.filius .xij.
queſtione.ij.non liceat.no.de re.ec.non ali.ſi quis preſbiter. de pro-
cur.c.j.de teſti.cum olim . vnde in defectum demum agunt de ſuc.
ab inte.c.ſi.⁊ not.j.de teſta.requiſiſti.⁊.C.de ſacroſan.ec. ſancimus.
vbi innuitur quod epiſcopus:economus ⁊ cuſtos vaſorum : agere
poteſt:nec mirum:ſi epiſcopus admittetur : quia ipſe preordinator
eſt in cunctis.xxvj.diſtin.per electionem.⁊ ipſius eſt tam ſpirituali
q̃ temporalium omnium eccleſiarum ciuitatis ⁊ dioceſis omnis cu
ra.x.q.§.c.j.ij.⁊ ſe.xij.q.j.epiſcopus ⁊ c.p̃cipimus.⁊.c.nobis ⁊.c.ſe.⁊.
xvj.q.vij.omnes baſilice:⁊ etiam omnium piorum locorum . de reli.
do.de zenodochijs.per que videtur quod epiſcopus in agendo ⁊ de
fendendo ſit omnibus preferendus. ¶ Ultimo reſidet quod iudex:
qui de cauſa debet cognocere:examinabit ſummarie qs cui prefera
